Vír-gine, Cum Pátre et álmo Spi-ri-tu, In sempí-tér-
na saécula. Amen.

Hic tonus (vel ad libitum tonus Hymni Vesperarum) servandus est ad Horas et ad Completorium usque ad Epiphaniam, etiam in Festis occurrentibus.

IN II. VESPERIS.

Psalmus. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Confitébor tibi. 40. — 3. Beátus vir. 41. — 4. De profundis. 68. — 5. Meménto. 68.

1. Ant. 1. g



T Ecum princí-pi-um * in dí-e virtú-tis tú-ae,
in splendóribus sanctórum, ex útero ante luci-ferum

2. Ant. 7. a



genu-i te. E u o u a e. **R** Edempti-ónem * mí-sit
Dóminus pópulo sú-o: mandávit in aetérnum testa-

3. Ant. 7. b. **E** méntum sú- um. E u o u a e. X-ór-tum est * in

ténebris lúmen réctis córde : misé-ricors et mi-será-

4. Ant. 4. A* **A** tor, et jústus Dóminus. E u o u a e. -pud Dó-

minum * mise-ri-córdi-a, et copi-ó-sa apud é-um red-

5. Ant. 8. G **D** émp-ti-o. E u o u a e. E frúctu * vén-tris tú- i

pónam super sédem tú- am. E u o u a e.

Capitulum.

Hebr. 1.

MUltifariam multisque modis olim | tus est nobis in Filio, quem constituit
Deus loquens pátribus in pro- | haerédem universórum, * per quem
phétis : † novissime diébus istis locú- | fecit et saécula.

Hymnus. Jésu Redémptor ómnium, ut in I. Vesperis, 87.

V. Nótum fécit Dóminus, alle-lú-ia.

R̄. Salutáre sú-um, alle-lú-ia.


(Sic cantatur tantum in die Festi : alias servatur tonus communis.)

Ad Magnif.


Ant. 1. g. 2

H

Odi-e * Chri-stus nátus est : hódi-e Salvátor



appáru- it : hódi-e in térra cánunt Ange-li, laetán-




tur Archánge-li : hódi-e exsúl-tant jústi, dicéntes :



Gló-ri-a in excélsis Dé-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio. Concéde quaésumus. 89.*Deinde pro S. Stephano.*Ant.
8. c**S**

Téphanus autem, * plénus grá-ti-a et fortitúdi-



ne, faci-é-bat sígna mágna in pópulo.

Ÿ. Glória et honóre coronásti éum Dómine.

R̄. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DA nobis, quaésumus Dómine, imi-
 tári quod cólimus, ut discámus et
 inimícos dilígere : † quia ejus natali-
 tia celebrámus, * qui novit étiam pro

persecutóribus exoráre Dóminum no-
 strum Jesum Christum, Filium tuum.
 Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

DIE 26 DECEMBRIS.

S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

Duplex II. Classis.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 90.

Capitulum.

Act. 6. b.

Stéphanus autem plenus grátia et fortitú-dine, * faciébat prodígia et signa magna in pópulo.

Hymn.

I.
D

E-us, tu-ó-rum mí-li-tum Sors et coróna, praé-


mi- um : Láudes canétes Martýris Absólve néxu

críminis. 2. Hic nempe mún-di gáudi-a, Et blánda

fraú-dum pá-bu-la Imbúta félle députans, Pervénit

ad cae-lésti-a. 3. Poé-nas cucúr-rit fórti-ter, Et sústu-

lit vi-rí-li-ter : Fundénsque pro te sán-guinem, Aetér-




na dóna póssidet. 4. Ob hoc precá-tu súpplíci Te pó-
scimus pi-íssi-me : In hoc tri-úmpho Mártý-ris, Di-
mítte nóxam sérvu-lis. 5. Jé-su, tibi sit gló-ri-a, Qui
nátus es de Vírgi-ne, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu
In sempi-térna-saécu-la. Amen.

V. Stéphanus vidit caelos apértos.

R. Vidit et introivit : beátus hómo, cú caéli patébant.

Ad Magnif.

Ant. 8. G




S Epe-li-érunt Stéphanum * ví-ri timorá-ti,
et fecérunt plánctum mágnum súper é- um. E u o u a e.

Oratio. Da nobis quaésumus. 92.

Deinde pro S. Joanne.

Ant.


1. G



I -ste est Jo- ánnes, * qui supra péctus Dómi-



ni in coëna recúbu- it: be- átus Apósto- lus, cú-i-



reveláta sunt secréta caelésti- a. E u o u a e.

Ÿ. Valdè honorándus est beátus Joánnes.

R. Qui supra péctus Dómini in coëna recúbit.

Oratio.

Ecclesiam tuam Dómine benignus | doctrinis, * ad dona perveniat sem-
illústra : † ut beáti Joánnis Apó- | pitérna. Per Dóminum.
stoli tui et Evangelistae illumináta

Postea fit commem. de Nativitate. Ant. Hódie. 92. Ÿ. Nótum fecit.
Oratio. Concède, quaesumus. 89.

DIE 27 DECEMBRIS.

S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE.

Duplex II. Classis.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 90.


Capitulum.

Eccli. 15.

QUI timet Deum, faciet bona : † et | héndet illum, * et obviábit illi quasi
qui cóntinens est justítiae, appre- | mater honorificáta.

Hymn.


EXsúltet órbi- is, Caélum resúltet láudi-




bus : Apostolórum gló-ri- am Télius et ástra cóncinunt.



2. Vos saecu-ló-rum júdices, Et véra múndi lúmi-na :




Vó-tis precámur córdi-um, Audí-te vó-ces súpplícum.




3. Qui témp-la caé-li cláudi-tis, Serás-que vé-rbo só-lvi-




tis, Nos a re-á-tu nó-xi-os Só-lvi jubé-te, quaésumus.




4. Praecé-p-ta quó-rum pró-tinus Láng-uor salús-que sén-




ti-unt, Saná-te méntes láng-uí-das, Augé-te nos vir-tú-ti-



bus. 5. Ut cum redí-bit ár-bi-ter In fí-ne Chrístus saé-



cu-li, Nos sempí-térni gáudi-i Concéd-at é-ss-e có-m-



potes. 6. Jé-su, tibi sit glória, Qui ná-tus es... 94.

Ÿ. Valde honorándus est beátus Joá-nnes.

Ry. Qui supra péc-tus Dó-mi-ni in coé-na recú-bit.

Ad Magnif.
Ant. 6. F

E

X-i-it * sérmo inter frá-tres, quod discípu-

lus ille non móri-tur : et non díxit Jésus, Non móri-

tur : sed, Sic é-um vólo ma-né- re, do-nec véni- am.

E u o u a e.

Oratio. Ecclésiám tuam, 95.*Deinde pro SS. Innocentibus.*

Ant. 1.

a 3
h

I sunt * qui cum mu-li- é-ri-bus non sunt

co-inqui-ná-ti : vírgines enim sunt, et sequúntur

Agnum, quocúmque í-e-rit.

Ÿ. Heródes irátus occídít múlto púeros.

R̄. In Bétlehem Júdae civítate Dávid.

Oratio.

DEus, cujus hodiérna die praecónium Innocéntes Mártýres non loquéndó, sed moriéndó conféssi sunt : † omnia in nobis vitiórum mala mortí-
fica, ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, * étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

Postea de Nativitate. Ant. Hódie. 92. Ÿ. Nótum fécit, 91. Oratio. Concéde. 89. — Et de S. Stephano. Ant. Sepeliérunt. 94. Ÿ. Stéphanus vidit. Oratio. Da nobis. 92.

DIE 28 DECEMBRIS.

IN FESTO SS. INNOCENTII.

Duplex II. Classis.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 90.

Capitulum.

Apoc. 14.

Vidi supra montem Sion Agnum stantem, † et cum eo centum quadraginta quatuor millia, * habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

Hymn.

S Alvéte fló-res Mártyrum, Quos lúcis ípso in lí-
mi-ne Christí insecútor sústu-lit, Ceu túrbo nascén-tes
rósas. 2. Vos prima Christi víctima, Grex immo-lató-
rum té-ner : Aram sub ípsam símplices, Pálma et co-

ró-nis lúdi-tis. 3. Jésu, tibi sit glória, Qui nátus es... 94.

V. Sub thróno Déi ómnes sáncti clamant.


R̄. Vindica sánguinem nóstrum, Déus nóster.

Ad Magníf.

Ant. 2. D

I

Nnocéntes pro Christo * infántes occí-si



sunt, ab iníquo ré-ge lacténtes inter-fécti sunt :
 ípsum sequúntur Agnum sine mácula, et dícunt
 semper : Glóri-a tí-bi Dómine. E u o u a e.

Oratio. Deus cujus hodiérna die. 97.

Et fit commem. S. Thomae Cantuariensis. Ant. Iste sánctus. e *Communi unius Martyris in I. Vesp.*

Ÿ. Glória et honóre coronásti éum Dómine.

R̄. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DEUS, pro cujus Ecclesia gloriósus | ut omnes qui ejus implórant auxí-
 Póntifex Thomas gládius impió- | lium, * petitiónis suae salutárem con-
 rum occúbuit : † praesta, quaésumus; | sequántur effectum. Per Dóminum.

Deinde fiunt commemorationes de Nativitate. de S. Stephano et de S. Joanne, ut infra.

Commemorationes de Octavis.

DE NATIVITATE. *Ant.* Hódie. 92. Ÿ. Nótum fécit. 91. *Oratio.* Concéde. 89.


DE S. STEPHANO. *Ant.* Sepeliérunt. 94. Ÿ. Stéphanus vidit. *Oratio.* Da nobis. 92.

DE S. JOANNE. *Ant.* Exiit sérmo. 97. Ÿ. Valde honorándus est. *Oratio.* Ecclesiám. 95.


DE SS. INNOCENTIBUS. *Ant.* Innocéntes. Ÿ. Sub thróno Déi. *ut supra.* *Oratio.* Deus, cujus hodiérna die. 97.

† *Si Festum SS. Innocentium venerit in Sabbato, tunc fit commemoratio Dominicae ut infra; deinde S. Thomae et trium Octavarum. Sequenti die fit Officium de Dominica, ritu semiduplici, cum commem. S. Thomae et aliis, ut infra, 101.*


Pro commem. Dominicae.

Ant. 8. 


DUm mé-di-um si-lénti-um * tenérent ómni-



a, et nox in sú-o cúrsu médi-um í-ter perágeret :



omnípot-ens sérmo tú-us Dómine a regá-li-bus sé-



dibus vé-nit, alle-lú-ia. E u o u a e.

Y. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.

Ry. Et habitávit in nóbis, allelúia.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, dirige | reámur bonis opéribus abundáre. Qui
actus nostros in beneplácito tuo : † | tecum vivit.
ut in nómine dilécti Filii tui, * me-

Dominica infra Octavam Nativitatis.

Antiphonae et Psalmi de Nativitate, 90. ritu semiduplici.

Capitulum.


Galat. 4.

FRatres : Quanto tēpore haeres | tutóribus et actóribus est, * usque ad
párvulus est, nihil differt a servo, | praefinitum tempus a patre.
cum sit dómínus ómnium : † sed sub |

Hymnus. Jésu Redémptor. 87.

Y. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.

Ry. Et habitávit in nóbis, allelúia.




Ad Magníf.

Ant. 6. F

P

U-er Jésus * pro-fi-ci-ébat aetáte et sa-



pi-énti-a coram Dé-o et homínibus. E u o u a e.

Oratio. Omnipotens sempiterna Deus. *ut supra*, 100.

Si fuerit dies 29 Decembris, tunc post Oracionem Dominicæ fit commemoratio sequentis diei infra Octavam Nativitatis (Ant. Hódie. 92. V̄. Nótum. 91. Oratio. Concède. 89), deinde S. Thomæ (Ant. Qui vult venire post me. V̄. Jústus. de Communi unius Martyris in II. Vesp., Oratio. Deus, pro cuius Ecclésia. 99.) et trium Octavarum.

Si Dominica venerit die 30 Decembris, Officium fit ut supra cum commemoratione sequentis Festi S. Silvestri (Ant. Sacérdos et Póntifex. V̄. Amávit. Oratio. Da quæsumus. de Communi Confessoris Pontificis) et quatuor Octavarum.

Si vero Dominica venerit die 31 Decembris, Vesperæ fiunt de Circumcisione Domini cum commemoratione Dominicæ tantum. Ant. Puer Jêsus. V̄. et Oratio ut supra.

IN CIRCUMCISIONE DOMINI

et Octava Nativitatis.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Laudáte púeri. 41. — 3. Lactátus sum. 67. — 4. Nisi Dóminus. 67. — 5. Láuda Jerúsalem. 71.

1. Ant. 6 F

O


admirá-bi-le commérci- um! * Cre-átor





généris humáni, animá- tum córpus súmens, de Vir-




gine násci digná- tus est : et procédens hómo si-ne sé-




mine, largítus est nóbis sú-am de- itá-tem. E u o u a e.

2. Ant. 
 3. a 2 


Q Uando natus es * ineffabí-liter ex Vírgine, tunc




implétae sunt Scriptúrae : sicut plúvi-a in véllus de-




scendísti, ut sálvum fáceres gé-nus húmánum : te lau-



dámus Dé-us nóster. E u o u a e. **R** Ubum quem





víderat * Mó-yses incombústum, conservátam agnó-




vimus tú-am laudábi-lem virgini-tátem : Dé-i Géni-



trix, intercède pro nóbis. E u o u a e.

4. Ant. 
 i. f 

G Erminávit * rádix Jése, órta est stélla



ex Jácob : Vírgo pépe-rit Salvató-rem : te laudámus,

5. Ant. 2. D

Dé-us nóster. E u o u a e. **E** Cce Ma-rí-a * gé-
 nu-it nóbis Salvatórem, quem Jo-ánnes vídens excla-
 má-vit, dí-cens : [Ecce Agnus Dé-i, ecce qui tollit
 † peccáta múndi, allelú-ia. *Post Septuag.* † peccáta
 múndi. E u o u a e.

Capitulum.

Tit. 2. c.

Appáruit grátia Dei Salvatóris no-
 stri ómnibus hominibus, † erú-
 diens nos, ut abnegátes impietátem

et saeculária desidéria, * sóbrie, et
 juste, et pie vivámus in hoc saéculo.

Hymnus. Jésu Redémptor ómnium. 87.

Ÿ. Vérbum cáro fáctum est, allelúia.

Ź. Et habitávit in nóbis, allelúia.

Ad Magníf. Ant. 8. G

P Ro-pter ními-am * ca-ri-tátem sú-am, qua di-
 lé-xit nos Dé-us, Fí-li-um sú-um mí-sit in simi-
 li-túdinem cárnis peccá-ti, allelú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui salutis aeternae, beatae
 Mariae virginitate fecunda, hu-
 mano generi praemia praestitisti : †
 tribue quaesumus ; ut ipsam pro no-
 bis intercedere sentiamus, * per quam
 meruimus auctorem vitae suscipere,
 Dominum nostrum Jesum Christum
 Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

*Et fit tantum commemor. de praecedenti Dominica si ejus Officium celebra-
 tum sit die 31. Decembris.*

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.

Ÿ. Nótum fécit Dóminus, allelúia. R̄. Salutáre súum, allelúia.

Ad Magnif.

Ant. 2. A

M

A- gnum * haeredi-tá-tis mysté- ri-um :

téplum Dé-i fáctus est úte-rus nésci- ens ví-rum : non

est pollútus ex é-a cárnem assúmens : ómnes géntes

véni- ent, di-cétes : Gló-ri- a tíbi Dó- mine.

E u o u a e.

Oratio. Deus, qui salutis, *ut supra.*

Deinde pro S. Stephano. Ant. Stéphanus autem. 92.

Ÿ. Stéphanus vídit caélos apértos.

R̄. Vidit et introívit : beátus hómo, cúi caéli patébant.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui
 primitias Mártýrum in beáti Le-
 vítae Stéphani sángine dedicásti : †
 tribue, quaesumus ; ut pro nobis in-
 tercessor exsístat, * qui pro suis étiam
 persecutóribus exorávit Dóminum no-
 strum Jesum Christum Filium tuum.
 Qui tecum vivit et regnat in unitáte.

*De aliis Octavis in his Vesperis nihil fit.
Si in die Circumcisionis, aut in sequentibus usque ad Epiphaniam inclu-
sive, Dominica occurrerit, de ea nihil fit.*


DIE 2. JANUARIUM.

In Octava S. Stephani.


Duplex.

IN II. VESPERIS.


*Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Confítebor. 40. — 3. Beátus vn. 41.
— 4. Laudáte púeri. 41. — 5. Crédidi. 67.*

I. Ant. 8. G 


L Apidavérunt Stéphanum,* et ípse invocá-



bat Dóminum, dicens : Ne státu-as íllis hoc peccá-tum.

 2. Ant.  7. a


E u o u a e. **L** Apides torréntis ílli * dúlces fu-é-




runt : ípsum sequúntur ómnes á-nimae jústae.

 3. Ant.  8. G


E u o u a e. **A** Dhaésit * ánima mé-a post te,




qui-a cá-ro mé-a lapidá-ta est pro te, Dé-us mé-us.




E u o u a e. **S** Téphanus * vidit caelos apertos,



vidit, et intro-ivit: be-átus hómo, cú-i caéli patébant.



E u o u a e. **E** Cce víde-o * caelos apertos, et



Jésum stántem a dextris Dé-i. E u o u a e.

Deinde fit de S. Joanne, Capitulum. Qui timet Deum. 95.

Hymnus. Exsúttet orbis gáudiis. 95.

Ÿ. Valde honorándus est beátus Joánnes.

R̄. Qui supra pectus Dómini in coena recubuit.

Ad Magnificat, Ant. Iste est Joánnes. 94. Oratio. Ecclesiám. 95.

Et fit commém. S. Stephani. Ant. Sepeliérunt. Ÿ. Stéphanus. 94. Oratio. Omnipotens, ut supra, 104.

Postea SS. Innocentium. Ant. Innocétes pro Christo. Ÿ. Sub thróno Déi, 98. Oratio. Deus, cujus. 97.


DIE 3. JANUARIJ.

In Octava S. Joannis.

Duplex.

IN II. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Laudáte púeri. 41. — 3. Crédidi. 67. — 4. In converténdo. 67. — 5. Dómine probásti me. 69.




V


Alde honorándus est *be-átus Jo-ánnes, qui




supra pectus Dómini in coena recúbu-it. E u o u a e.




H Ic est discipulus ille, * qui testimoni-um perhi-




bu-it : et scimus qui-a vérum est testimoni-um éjus.




E u o u a e. **H** IC est discipulus mé-us : * sic




é-um volo manére, donec véni-am. E u o u a e.




S Unt de hic stántibus, * qui non gustábunt mór-




tem, donec víde-ant Fí-li-um hóminis in régno sú-o.



E u o u a e. **E** Cce pú-er mé-us * e-léctus,



quem elégi : pósu-i super é-um spí-ritum mé- um.



E u o u a e.

Capitulum et alia, ut in die, 95, cum commemoratione SS. Innocentium. Ant. Hi sunt. V̄. Herôdes irâtus. Oratio. Deus, cujus. 97.

¶ *Die 4. Januarii Vesperae dicuntur de Vigilia Epiphaniae cum commem. diei Octavae SS. Innocentium et S. Telesphori Papae, Martyris, ut infra.*

In Vigilia Epiphaniae Domini.

Semiduplex.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi ut in Circumcisione Domini, 101.

Capitulum.


Galat. 4.

Fratres : Quanto tempore haeres | tutôribus et actôribus est, * usque ad
pârvulus est nihil, differt a servo, | praefinitum tempus a patre.
cum sit dôminus ômnium : † sed sub

Hymnus. Jêsu Redemptor. 87.


V̄. Nôtum fêcit Dôminus, alleluia.

R̄. Salutâre sũum, alleluia.



P

U-er Jêsus * pro-fi-ci-ébat aetâte et sa-




pi-énti- a coram Dé-o et homínibus. E u o u a e.

Oratio.


Omnipotens sempitérne Deus, diri- | mereámur bonis opéribus abundâre.
ge actus nostros in beneplácito | (Qui tecum vivit et regnat in unitâte.)
tuo : † ut in nómine dilécti Filii tui, *

Commemoratio Octavae SS. Innocentium.



I

Nnocéntes pro Chrîsto * infântes occi-si sunt



ab iniquo ré-ge lacténtes inter-fécti sunt : ípsum se-

quántur Agnum sine mácula, et dícunt semper : Gló-

ri-a tí-bi Dómine. E u o u a e.


Ÿ. Sub thróno Déi ómnes sáncti clamant.

R̄. Vindica ságuinem nóstrum, Déus nóster.

Oratio.

DEus, cujus hodiérna die praecó-
nium Innocéntes Mártýres non lo-
quéndó, sed moriéndó conféssi sunt : †
omnia in nobis vitiórum mala mortí-
fica, ut fidem tuam, quam lingua
nostra lóquitur, * étiam móribus vita
fateátur. Per Dóminum.


Deinde S. Telesphori Papae et Martyris.



Ant.

8. G


I-ste Sánctus * pro lége Dé-i sú-i certá-vit



usque ad mórtém, et a vérbis impi-ó-rum non tí-



mu-it : fundá-tus enim é-rat supra firmam pétram.



E u o u a e.

Ÿ. Glória et honóre coronásti éum, Dómine.

R̄. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DEus, qui nos beáti Telesphori
Mártýris tui atque Pontificis
ánnua solemnitate laetificas : * concé-
de propitius ; ut cujus natalitia oéli-
mus, de ejúdem étiam protectióne
gaudeámus. Per Dóminum.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Duplex I. classis.


IN I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Confitébor. 40. — 3. Beátus vir. 41. — 4. Laudáte púeri. 41. — 5. Laudáte Dóminum. 67.


1. Ant. 2. D

A

Nte luci-ferum génius,* et ante saécula,




Dómi-nus Salvátor nóster hódí-e mún-do appáru-it.




E u o u a e.

V


Enit lúmen tú-um,* Je-rú-sa-



lem, et gló-ri-a Dó-mini super te ór-ta est,




et ambu-lábunt géntes in lúmi-ne tú-o, alle-lú-ia.



E u o u a e.


A

-pértis thesáuris sú-is * ob-tu-




lérunt Má-gi Dómi-no áurum, thus et mýrrham, alle-

4. Ant. 4. E




lú-ia. E u o u a e. **M** Ari-a et flúmina, * be-




nedí-ci-te Dómino : hýmnum dí-ci-te, fón-tes, Dómino, alle-


5. Ant. 7. c 2




lú-ia. E u o u a e. **S** Télla ísta * sicut flámma



corúscat, et Régem régum Dé-um demónstrat : Má-



gi é-am vidérunt, et mágno Régi mún-er-a obtu-lé-




runt. E u o u a e.

Capitulum.


Isaiae 60.

Surge, illuminare Jerúsalem, quia venit lumen tuum, * et glória Dómini super te orta est.


Hymn. 3.




C Rudé-lis Heródes, Dé-um Régem ve-ní-re quid




tímes? Non é-ripit mortá-li-a, Qui régna dat caelé-




sti-a 2. Ibant Mági, quam víde-rant, Stéllam sequéntes




praévi-am : Lúmen requí-runt lúmi-ne : Dé-um faténtur




múnere. 3. Lavácrá púri gúrgi-tis Caeléstis Agnus átti-




git : Peccá-ta, quae non détu-lit, Nos ablu-éndo sústu-




lit. 4. Nóvum génus poténti-ae : Aquae rubéscunt hy-




dri-ae: Vinúmque jússa fúnde-re, Mutávit únda o-rígi-



nem. 5. Jésu, tibi sit gló-ri-a, Qui apparu-í-sti génti-



bus, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna



saécula. Amen.

¶ Sic terminantur Hymni per totam Octavam.

Alter Tonus ad libitum.

8.

C

Rudé-lis Heródes, Dé-um Régem veníre quid tí-

mes? Non é-ripit mortá-li-a, Qui régna dat caelésti-a.

mes? Non é-ripit mortá-li-a, Qui régna dat caelésti-a.

2. Ibant Mági, quam viderant, Stéllam sequentes praé-

vi-am : Lúmen requirunt lúmine, Dé-um faténtur mú-

neré. 3. Lavácrá púri gúrgi-tis Caeléstis Agnus áttigit :

Peccáta, quae non détu-lit, Nos ablu-éndo sústu-lit. 4. Nó-

vum génu-s poténti-ae : Aquae rubéscunt hýdri-ae : Vi-

númque jússa fúndere, Mutávit únda o-riginem. 5. Jésu,

Peccáta, quae non détu-lit, Nos ablu-éndo sústu-lit. 4. Nó-

vum génu-s poténti-ae : Aquae rubéscunt hýdri-ae : Vi-

númque jússa fúndere, Mutávit únda o-riginem. 5. Jésu,


númque jússa fúndere, Mutávit únda o-riginem. 5. Jésu,

númque jússa fúndere, Mutávit únda o-riginem. 5. Jésu,

númque jússa fúndere, Mutávit únda o-riginem. 5. Jésu,




tibi sit glóri-a, Qui apparu-isti géntibus, Cum Pá-




tre et álmo Spí-ri-tu, In sempitérna saécu-la. Amen.

In hoc altero tono cantantur Hymni ad Horas per Octavam.



℣. Réges Thársis et insulae múnera ófferent.



℞. Réges Arabum et Sába dóna addúcent.


(Sic cantatur tantum in die Festi : alius adhibetur tonus solitus).

Ad Magnif.


Ant. 8. G

M

Agi * vidén-tes stéllam, dixé-runt ad ínvi-



cem : Hoc sígnum mágni Ré-gis est : e-ámus, et in-qui-



rámus é-um, et offerámus é- i múnera, áurum, thus



et myrrham. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui hodierna die Unigénitum | ex fide cognóvimus, * usque ad con-
tuum géntibus stella duce revelá- | templándam spéciem tuae celsitúdinis
sti : † concéde propítius; ut qui jam te | perducámur. Per eúndem Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.

8.

T

E lúcis ante términum, Rérum Cre-átor, pósci-

mus, Ut pro tú-a cleménti-a, Sis praésul et custódi-a.

2. Procul recédant sómni-a, Et nócti-um phantásma-

ta : Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu-ántur cór-

pora. 3. Jésu, tibi sit glóri-a, Qui apparu-ísti génti-

bus, Cum Pátre et álmo Spí-rí-tu, in sempitérna saé-

cu-la. Amen.

Hic tonus servatur ad Completorium et Horas per totam Octavam.

IN II. VESPERIS.

*Antiphonae ut in I. Vesp., 110. Psalmi de Dominica, 39.**Capitulum. Surge. Hymnus. Crudélis Heródes. 111. vel 113.**Ÿ. Régés Thársis et insulae múnera offerent.**R̄. Régés Arabum et Sába dóna addúcent.**In die Festi cantatur ut supra, 114.*

Ad Magníf.

Ant. 1. D

T Ríbus mi-rá- cu-lis * ornátum dí-em sánctum
 có- limus : hódi-e stélla Mágos dúxit ad praesé-
 pi-um : hódi-e vínum ex áqua fáctum est ad núpti-as :
 hódi-e in Jordáne a Jo-ánne Christus bap-ti-zá-ri vó-
 lu-it, ut sal-vá-ret nos, alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ Si Epiphania venerit in Sabbato, in II. Vesperis fit commemoratio Dominicae infra Octavam.

Ant.

2. D

R Emánsit * pú-er Jésus in Je-rúsalem, et non co-
 gnovérunt paréntes éjus, existimántes illum ésse in
 comi-tátu : et requirébant é-um inter cogná-tos et
 nó-tos.

Ÿ. Omnes de Sába vénient, allelúia.
 R̄. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

Oratio.

VOta, quaesumus Dómine, suppli- | vídeant, * et ad implénda quae vide-
 cántis pópuli caelésti pietáte pro- | rint, convaléscant. Per Dóminum.
 séquere : † ut et quae agénda sunt,

Dominica infra Octavam Epiphaniae.

AD VESPERAS.

Antiphonae ut in I. Vesperis Festi, 110. Ps. de Dominica, 39.

Capitulum.

Rom. 12.

FRatres : Obsecro vos per miseri- | ctam, Deo placéntem, * rationábile
 córdiam Dei, † ut exhibeátis cór- | obséquium vestrum.
 pora vestra hóstiám vivéntem, san-

Hymnus. Crudélis Heródes. 111. vel 113.

Ÿ. Régés Thársis et insulae múnera ófferent.

R̄. Régés Arabum et Sába dóna addúcent.

Ad Magníf.


Ant. 8. G*

F


I-li, * quid fecísti nóbis sic? Ego et páter



tú-us do-lén- tes quaerebámus te. Quid est quod me



quaerebá-tis? nesci-ebá-tis qui-a in his quae Pátris mé-i



sunt, opórtet me ésse? E u o u a e.

Oratio. Vota quaesumus, ut supra.

Et fit commemoratio Epiphaniae. Ant. Mági vidéntes. 114.

Ÿ. Omnes de Sába vénient, allelúia. R̄. Aurum et thus deferéntes, allelúia.

Oratio. Deus, qui hodiérna die. 114.

¶ *Si Octava Epiphaniae venerit in Dominica, Officium Dominicae anticipatur in Sabbato et nihil fit de Dominica in ipsa die Octava. Si venerit in Feria II., Dominica praecedenti, Vesperae sunt de sequenti die Octava cum commemoratione Dominicae. Ant. Fili, quid fecisti. V. Omnes de Sabá. Oratio. Deus, qui hodierna die, ut supra.*

In die Octava Epiphaniae.

Duplex majus.

Omnia ut in die Epiphaniae, 110, excepta Oratione.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substantia nostrae carnis apparuit : † similem nobis foris agnovimus, * intus reformári mereámur. Qui tecum praesta, quaesumus ; ut per eum, quem † vivit.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

FESTUM SANCTISSIMI NOMINIS JESU.


Duplex II. Classis.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, 39; sed loco ultimi, Ps. Crédidi. 67.

1. Ant. 8. G

O



-mnis * qui invocáve-rit nómen Dómini,




sál-vus é-rit. E u o u a e.

2. Ant.


5. a

S

Anctum et terrí-bi-




le * nómen é- jus, iní-ti-um sapi- énti-ae tímor Dómi-



ni. E u o u a e.

3. Ant.
3. a 2
E

-go autem * in Dómino gau-



débo, et exsultábo in Dé-o Jésu mé-o. E u o u a e.

4. Ant.

4. E

A

só-lis órtu * usque ad occásu laudábi-le nó-



men Dómini. E u o u a e.

5. Ant.

8. c

S

Acri-ficábo * hó-



sti-am láudis, et nómen Dómini invocábo. E u o u a e.

Capitulum.

Philipp. 2.

FRatres : Christus humiliávit semet-
ípsu, factus obédiens usque ad
mortem, mortem autem crucis. † Pro-
pter quod et Deus exaltávit illum, et


donávit illi nomen quod est super
omne nomen : * ut in nómine Jesu
omne genu flectátur.

Hymn.

1.

J


Esu dúlcis memó-ri-a, Dans véra córdis gáu-




di-a : Sed super mel et ómni-a, Ejus dúlcis praesen-



ti-a. 2. Nil cánitur su-ávi-us, Nil audítur jucúndi-us,



Nil cogitá-tur dúlci-us, Quam Jésus Dé-i Fí-li-us. 3. Jé-




su spes paenitentibus, Quam pi-us es petentibus! Quam
 bonus te quaerentibus! Sed quid inveni-entibus? 4. Nec
 lingua va-let di-cere, Nec littera exprimere: Expér-
 tus potest credere, Quid sit Jésum dil-gere. 5. Sis Jésu
 nostrum gaudi-um, Qui es futurus praemi-um: Sit nó-
 stra in te glóri-a, Per cúncta semper saécu-la. Amen.

Ÿ. Sit nómen Dómini benedictum. Allelúia.

R̄. Ex hoc nunc, et usque in saeculum. Allelúia.

Ad Magníf.

Ant. 8. G



F Ecit * m̄hi mágna qui pótens est, et sán-

ctum nómen é-jus. Alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui unigénitum Filium tuum | nomen venerámur in terris, * ejus
 constituisti humáni géneris Sal- | quoque aspéctu perfruámur in caelis.
 vatórem, et Jesum vocári jussisti: † | Per eúndem Dóminum.
 concéde propítius; ut, cujus sanctum

*Pro commemoratione Dominicae.*Ant.
7. a**S**

Uscé-pit Dé- us * Isra-el pú- crum sú-um, sicut

locútus est ad Abraham et sémen é-jus, usque in

saécu-lum.

Ÿ. Vespertina oratio ascéndat ad te Dómine.

R̄. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui cleménter exáudi; * et pacem tuam caeléstia simul et terréna mode-| nostris concéde tempóribus. Per Dó- raris : † supplicatiónes pópuli tui | minum.

¶ *Ad Completorium, Hymnus cantatur ut in Nativitate Domini, 89, et in fine dicitur Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Virgine.*

IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.*Ad Magníf.
Ant 1. g**V**

Oca-bis * nómen éjus Jé-sum : ipse enim sál-

vum fáci-et póp-u-lum sú-um a peccá-tis e-ó-rum. Alle-

lú-ia. E u o u a e.


Pro commemoratione Dominicae.

Ad Magníf.

Ant. 1. f

D

E-fi-ci- ente víno, * jússit Jésus implé-ri hý-



dri-as áqua, quae in vínum convérsa est, alle-lú-ia.

Ÿ. Dirígatur Dómine orátio méa. R̄. Sicut incénsus in conspéctu túo.

Oratio. Omnípotens. 121.

Dominica III. post Epiphaniam.

AD VESPERAS.


Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Ad Magníf.

Ant. 1. g 2

D

Omíne, * si tu vis, pótes me mundá-re : et



á- it Jé-sus : Vó-lo, mundá-re. E u o u a e.

Ÿ. Dirígatur Dómine orátio méa. R̄. Sicut incénsus in conspéctu túo.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, infir- | dexteram tuae majestátis exténde.
 mitátem nostram propítius rési- | Per Dóminum.
 ce : † atque ad protegéndum nos *

Deinde fit Suffragium de Omnibus Sanctis, 47.

Dominica IV. post Epiphaniam.


Ad Magníf.

Ant. 1. g 2

D

Omíne, * sálva nos, per-ímus : ímpera, et





fac Dé-us tranquilli-tá-tem. E u o u a e.


Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere : † da nobis salutem mentis et corporis ; * | ut ea quae pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum.


Dominica V. post Epiphaniam.




C Ol-lí-gi-te * primum zizáni- a, et alligá-



te é-a in fascículos ad combu-réndum : trí-ti-cum au-



tem congregá-te in hór-re-um mé-um, dí-cit Dóminus.




E u o u a e.


Oratio.

FAmiliam tuam, quaesumus Domine, continua pietate custodi : † ut quae in sola spe gratiae caelestis | innititur, * tua semper protectione muniatur. Per Dominum.

Dominica VI. post Epiphaniam.



S Imi-le est * régnum caelórum fermento, quod



accéptum mú-li-er abscondit in fa-rí-nae sá-tis trí-bus,

donec fermentátum est tó-tum. E u o u a e.

Oratio.

PRaesta, quaesumus omnipotens et dictis exsequamur et factis. Per
Deus : † ut semper rationabilia Dóminum.
meditantes, * quae tibi sunt placita,

Dominica in Septuagesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

1. Cor. 9. d.

FRatres : Nescitis quod ii qui in stá- runt, sed unus accipit bravium? Sic
dio currunt, † omnes quidem cur- cúrrite ut comprehendátis.


Hymnus. Lúcis Créator. 43. V. Dirigátur.

Ad Magníf.


Ant. 7. a

D


Ixit paterfamí-li- as * operá-ri- is sú- is : Quid



hic stá- tis tó-ta dí- e o-ti-ó-si? At illi respondéntes di-



xé-runt : Qui-a némo nos condúxit. I-te in víne-am



mé- am : et quod jústum fú-erit, dábo vó-bis. E u o u a e.

Oratio.

PReces pópuli tui, quaesumus Dó- mine, cleménter exáudi : † ut qui juste pro peccátis nostris affligimur, * pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

Dominica in Sexagesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

2. Cor. 11. d.

FRatres : Libénter suffértis insipientes, cum sitis ipsi sapientes : † sustinétis enim si quis vos in servitú- tem rédigit, si quis dévorat, si quis áccipit, si quis extóllitur, * si quis in fáciem vos caedit.


Hymnus. Lúcis Creátor. 43. V̄. Dirigátur.

Ad Magníf.

Ant. 6. F

V

Obis dátum est * nósse mysté-ri-um régni



Dé- i, céte-ris autem in parabó-lis, díxit Jésus disci-

:pu-lis sú- is. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui cónspicis quia ex nulla nostra accióne confidimus : † concéde propítius; ut contra advérsa | ómnia, * Doctóris géntium protectió- ne nuniámur. Per Dóminum.

Dominica in Quinquagesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

1. Cor. 13.

FRatres : Si linguis hóminum lo- quar, et Angelórum, † caritátem | autem non hábeam, * fáctus sum velut aes sonans, aut cýmbalum tinniens.

Hymnus. Lúcis Creátor. 43. V̄. Dirigátur.

Ad Magnif.

Ant. 1. D

S

Tans autem Jésus * jússit caécum addú-ci ad

se, et á-it il-li : Quid vis fá-ci-am tibi? Dómine,

ut víde-am. Et Jésus á- it il-li : Réspice, fídes tú-a

te sálvum fé-cit. Et conféstim ví-dit, et sequebá-tur il-

lum, magní-fi-cans Dé- um. E u o u a e.

Oratio.

Preces nostras, quaesumus Dómine, cleménter exáudi : † atque a peccatórum vinculis absolútos, * ab omni nos adversitate custódi. Per Dóminum.

Dominica I. in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

2. Cor. 6.


Fratres : Hortámur vos, ne in vá-cuum grátiam Dei recipiátis. † Ait enim : Tém-pore accépto exaudívi te, * et in die salútis adjúvi te.

Hymn.


2.

A

Udi, be-ní-gne Cón-di-tor, Nó-stras pré-ces cum




flé-tibus, In hoc sácro jejúni-o Fúsas quadragená-




ri-o. 2. Scru-tátor álme córdi-um, Infírma tu scis ví-




ri-um : Ad te revérsis éxhibe Remissi- ónis grá-ti-am.




3. Multum quidem peccávimus, Sed párcce confiténtibus :




Ad nóminis láudem tú-i, Cónfer medé-lam lánguidis.




4. Concéde nóstrum cónte-ri Córpus per abstinénti-am,



Cúlpaæ ut re-línquant pábulum Jejúna córda críminum,



5. Praésta be-áta Tríni-tas, Concéde simplex Uni-tas :



Ut fructu-ó-sa sint tú-is Jejuni-ó-rum múnera. Amen.

Ÿ. Angelis súis Déus mandávit de te.

R7. Ut custódiat te in ómnibus víis túis.

Ad Magnif.

Ant. 8. G*

E

Cce nunc * témpus acceptábi-le, ecce nunc

dí-es salú-tis : in his ergo di-ébus exhibe-ámus nos

sicut Dé- i minístros, in múlta pa-ti-énti-a, in jejú-

ni-is, in vigí-li-is, et in cari-tá-te non fícta. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiám tuam ánnua | quod a te obtínere abstinéndo nititur,*
 Quadragesimáli observatióne pu- | hoc bonis opéribus exsequátur. Per
 rificas : + praesta familiae tuae; ut | Dóminum.

Tonus Hymni ad Completorium.

2.

T

E lúcis ante términum, Rérum Cre-átor, pósci-

mus, Ut pro tú-a cleméti-a, Sis praésul et custódi-a.

2. Prócul recédant... 3. Praesta, Páter...

*Hic tonus servatur ad Completorium usque ad Dominicam Passionis, etiam
 in Festis Sanctorum, nisi aliter noletur.*

Dominica II. in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

1. Thess. 4.

FRatres : Rogamus vos, et obsecramus in Dómino Jesu : † ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare, et placere Deo : * sic et ambulétis, ut abundétis magis.

Hymnus. Audi benigne Cónditor. 126. V. Angelis súis.

Ad Magníf. 

Ant. 1. f 

Visi-ónem * quam vi-dístis, némini dixé-

 ri-tis, donec a mórtu-is resúrgat Ff-li-us hóminis.


E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui cónspicis omni nos virtú- bus muniámur in córpore, * et a pra-
 te destítui : intérius exteriúsque bus cogitatióibus mundémur in mente.
 custódi : † ut ab ómnibus adversitati- Per Dóminum.

Dominica III. in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

Ephes. 5.

FRatres : Estóte imitatóres Dei, sic- nos, et trádedit semetípsum pro no-
 ut filii caríssimi : † et ambuláte bis, * oblati-ónem et hósti-ám Deo in
 in dilecti-ónem, sicut et Christus diléxit odórem suavitátis.

Hymnus. Audi benigne Cónditor. 126. V. Angelis súis.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

E

Xtóllens * quaedam mú-li-er vócem de túr-

ba, dí-xit : Be-á-tus vénter qui te portávit, et úbera

quae suxísti. At Jésus á-it il-li : Quinímmo be-áti

qui áudi-unt vérbum Dé-i, et custó-di-unt il-lud.

E u o u a e .

Oratio.

QUaesumus omnipotens Deus, vota | fensiónem nostram, * dexteram tuae
humílium respice : † atque ad de- | majestátis exténde. Per Dóminum.

Dominica IV. in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

Galat. 4. c.

FRatres : Scriptum est quóniam | est : qui autem de libera, per repromis-
Abraham duos filios hábuit : unum | siónem : * quae sunt per allegoriam
de ancilla, et unum de libera : † sed | dicta.
qui de ancilla, secúndum carnem natus


Hymnus. Audi benigne Cónditor. 126. Ÿ. Angeli súis.

Ad Magnif.

Ant. I. g

S

Ubi-it ergo * in móntem Jé-sus, et ibi.



sedébat cum discípu-lis sú- is. E u o u a e.

Oratio.

Concède, quæsumus omnipotens | actiõnis affligimur, *tuæ grátiae con-
Deus : † ut qui ex mérito nostræ | solatiõne respirémus. Per Dóminum.

DOMINICA DE PASSIONE.


AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.


Hebr. 9. c

Fratres : Christus assistens pón- tiõnis : † neque per sânguinem hircó-
fex futurórum bonórum, per ám- rum aut vitulórum, sed per próprium
plius et perfectius tabernáculum non sânguinem introiit semel in Sancta,*
manu factum, id est, non hujus crea- aeterna redemptiõne invénta.




I.
V

Exil-la Ré-gis pród-e-unt : Fúlget Crúcis my-



sté-ri-um, Qua ví-ta mórtem pértu-lit, Et mór-te ví-tam





prótu-lit. 2. Quæ vulnerá- ta lánce-ae Mucrónæ dí-ro, crí-



minum Ut nos lavá-ret sórdibus, Ma-ná- vit únda et


sanguine. 3. Implé-ta sunt quae concinit Dávid fidéli
 cármine, Dicéndo na-ti-ó-nibus : Regná- vit a lígno
 Dé-us. 4. Arbor decóra et fúl-gida, Ornáta Ré-gis púr-
 pura, Elécta digno stí-pi-te Tam sáncta mémbra tán-
 gere. 5. Be-á-ta, cú- jus bráchi- is Pré-ti-um pepéndit
 saécu-li : Statéra fácta córpo- ris, Tu- lítque praédam tár-
 ta-ri. 6. O Crux áve, spes ú-ni-ca, Hoc Passi- ónis tém-
 pore : Pí- is adáuge grá-ti- am, Re- ísque dé-le crími-
 na. 7. Te, fons salú- tis Trí- ni- tas, Colláudet ómnis spí-



Ÿ. Eripe me Dómine ab hómine málo. R̄. A viro iníquo éripe me.



A-braham * páter véster exsultá-vit ut vi-




déret dí-em mé-um : vídit, et gavisus est. E u o u a e.

Oratio.


Quæsumus omnipotens Dêus, fami- | te servante custodiâtur in mente. Per
liam tuam propitiús respice : † ut | Dóminum.
te largiente regâtur in corpore; * et

¶ *Ab his Vesperis usque ad Festum Ss. Trinitatis inclusive, omittitur Suffragium de Omnibus Sanctis.*


Tonus Hymni ad Completorium.




TE lúcis ante términum, Rérum Cre-á-tor, pósci-



mus, Ut pro tú-a cleméti-a, Sis praésul et custódi- a.



2. Procul recédant sómni-a, Et nócti-um phantásma-



ta : Hostémque nóstrum cómprime, Ne pollu-ántur cór-
 po-ra. 3. Praésta, Páter pi-íssime, Patrique cómpar
 Unice, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Régnans per ómne
 saécu-lum. Amen.

Hic tonus servatur ad Completorium et ad Horas usque ad Fer. V. in Coena Domini, etiam in Festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

¶ *Ab hac die usque ad Feriam V. in Coena Domini, ad Completorium quando fit Officium de Tempore, in R̄. brevi non dicitur V̄. Glória Patri, sed ejus loco statim repetitur R̄. In mánu s tías, etc.*

DOMINICA IN PALMIS.

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi de Dominica, 39.

Capitulum.

Philipp. 2.

Fratres : Hoc enim sentíte in vobis | semetípsum exinanívit, formam servi
 quod et in Christo Jesu : qui cum | accípiens, in similitúdinem hóminum
 in forma Dei esset, non rapínam arbi- | factus, * et hábitu invéntus ut homo.
 trátus est esse se aequálem Deo : † sed

Hymnus. Vexilla Régis. 131.

V. Eripe me Dómine ab hómine málo.


R̄. A víro iníquo éripe me.

Ad Magníf.


Ant. 8. G*

S


Críptum est enim : * Percú-ti- am pastórem,



et dispergéntur óves grégis : postquam autem resurré-



xero, praecedam vos in Ga- lilaé-am : ibi me vidébi-tis,



dí-cit Dóminus. E u o u a e.

Oratio.

<p>UMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exemplum, Salvatórem no- strum carnem súmere, et crucem subi-</p>	<p>re fecisti : † concéde propítius; ut et patiéntiae ipsius habére documénta, * et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.</p>
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI.

AD VESPERAS.

Vesperae, dicto secreto Pater noster. et Ave María, inchoantur absolute a prima Antiphona sine cantu. ^x

ANT. Cálicem † salutáris accípiam, et nómen Dómini invocábo.

Ps. Crédidi. 67.

ANT. Cum his † qui odérunt pácem, éram pacíficus : dum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ps. Ad Dóminum. 67.

ANT. Ab homínibus † iníquis líbera me, Dómine.

Ps. Eripe me. 69.

ANT. Custódi me † a láqueo quem statuérunt míhi, et a scándalis operán-tium iniquitátem.

Ps. Dómine clamávi. 70.

ANT. Considerábam † ad déxteram, et vidébam, et non érat qui cognó-sceret me.

Ps. Vóce méa. 70.

Capitulum, Hymnus et V̇. non dicuntur.

^x Melodia pro sequentibus Antiphonis olim usurpata, et in editione typica Libri Antiphonarii restituta, in Appendice reperietur.

Ad Magnificat, Antiphona :

Coenántibus † autem illis accepit Jésus pánem, et benedíxit ac frégit deditque discípu­lis súis.

Cant. Magnificat. 47.

Repetita Ant. dicitur V. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

Cum incipitur V. Christus factus est. omnes genuflectunt, et eo finito, dicitur Pater noster. totum sub silentio. Postea aliquantulum altius, dicitur Psalmus sequens :

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me :

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitia : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Psalmo finito, sine Orémus, dicitur simili voce Oratio :

Respice, quaesumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubi-

Sed Qui tecum vivit. dicitur sub silentio.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Rede mihi laetitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docedo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae : * et exsultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut aedificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

AD COMPLETORIUM.

Non dicitur Jube domne, nec Lectio brevis, nec Adjutorium, neque Oratio Dominica : sed facta Confessione et Absolutione, incipitur a Ps. Cum invocarem; et dicuntur Psalmi de Dominica, 51. Dictis Psalmis, dicitur Nunc dimittis. 58.

Deinde V. Christus factus est. cum reliquis, ut supra.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

AD VESPERAS.


Omnia ut heri, praeter sequentia :

Ad Magnificat, Antiphona.


Cum accepisset + acetum dixit : Consummátum est, et inclináto capite, tradidit spírítum.

Repetita Ant., dicitur Ψ . Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.Ad Completorium. *Ut heri.* Ψ . Christus factus est, *ut supra.*


SABBATO SANCTO.

Post sumpcionem Sacramenti, pro Vesperis in Choro cantatur :

A Llélu-ia, * allelú-ia, allelú-ia. E u o u a e.

*Ps. Laudate Dóminum. 67.**Repetitur Antiphona Allelúia, et statim Celebrans in cantu incipit Antiphonam ad Magnificat, quam Chorus prosequitur.*

V Espere autem sábbati, * quae lucéscit in prima



sábbati, vénit Ma-rí-a Magda-léne, et áltera Ma-rí-a,



vidére sepúlcrum, allelú-ia. E u o u a e.

Cant. Magnificat. 47.


Repetita Antiphona, Celebrans dicit :

Ÿ. Dóminus vobiscum. Rŷ. Et cum spiritu túo.

Orémus.

Spiritus nobis Dómine tuae caritá- | paschálibus satiásti, tua fácias pietáte
tis infúnde : * ut quos sacraméntis | concórdes. Per Dóminum.

Deinde : Ÿ. Dóminus vobiscum. Rŷ. Et cum spiritu túo. Postea Diaconus cantat .




Ite míssa est, allelú-ia, alle- lú-ia.
Dé-o grá-ti- as, allelú-ia, alle- lú-ia.

AD COMPLETORIUM.

Ÿ. Júbe dómne benedicere. — *Lectio brevis.* Frátes : Sóbrii estóte. —
Ÿ. Adjutórium nóstrum. — Páter nóster. — Confíteor. — Ÿ. Convérte nos.
— Ÿ. Déus in adjutórium cum Allelúia. Glória Pátri.

Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi de Dominica, in tono sequenti :



CUM invocárem, exaudívit me Dé-us justí-ti-ae



mé-ae : * in tribula-ti-óne di-latásti míhi.


*Quibus dictis, reliquis omissis, inchoatur Antiphona Véspere autem sá-
bati. ut supra; et statim incipitur Canticum Nunc dimittis. 59.*

*Repetita Antiphona, dicitur Ÿ. Dóminus vobiscum et Oratio Visita, quae-
sumus. cum reliquis, 59; in fine Antiphona Reginae caeli. 61.*

DOMINICA RESURRECTIONIS.

AD VESPERAS.

Psalmi de Dominica, 39.


1. Ant. 8. G 

A

ngelus autem Dómini * descéndit de caé-



lo, et accé-dens revólvit lápidem, et sedébat super




é-um, allelú-ia, allelú-ia. E u o u a e.


2. Ant.
7. c

E

T ecce



terraemótus * fáctus est mágnus : Angelus enim Dómi-




ni descéndit de caélo, allelú-ia. E u o u a e.

3. Ant.
8. c

E

-rat au-tem * aspéctus éjus sic-ut fúlгур : vesti-




ménta éjus sicut nix, allelú-ia, allelú-ia. E u o u a e.

4. Ant.

7. a

P

Rae timóre autem éjus * extérriti sunt custó-




des, et fácti sunt velut mórtu-i, allelú-ia. E u o u a e.

5. Ant.


8. G

R

Espóndens autem Angelus * díxit mu-li- é-ribus :



No-lí-te timé-re : scí-o enim quod Jésum quaéri-tis, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Capitulum, Hymnus et V. non dicuntur; sed eorum loco :

Ant.


2.

H

Aec dí-es, * quam fé-cit Dó-



mi-nus : exsulté-mus, et




lae-té-mur in é-a.

Ad Magníf.

Ant. 3. a

E


T respici-én-tes * vidérunt revolú-tum lápi-



dem : érat quippe mágnus valde, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum aeternitátis nobis ádium devicta morte reserásti : † vota nostra, quae praeveniéndó aspiras, * étiam adjuvándo proséquare. Per eúndem Dóminum.




Benedicámus Dómino, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

R̄. Dé-o grá-ti-as, alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Sic dicitur cum duplici Allelúia in Vesperis Feria II. et III. post Pascha. ¶ Hodie et duobus diebus seq. hic Versus potest etiam cantari ut sequitur :



V. Benedicámus Dó-mi-no, alle-lú-ia, alle-




lú-ia. R̄. Dé-o grá-ti-as, alle-lú-ia, al-




le-lú-ia.

AD COMPLETORIUM.

Omnia dicuntur ut in Dominica, Tempore Paschali, 49; sed finitis Psalmis et repetita Antiphona Allelúia, immediate dicitur Canticum Simeonis :



Nunc dimíttis sérvum tú-um, Dómine : * secúndum



dum vérbum tú-um in páce. Qui-a vidérunt... etc.. 58.

Postea Ant. Haec dies. 140, et Oratio Visita, quaesumus cum reliquis, 69.

¶ Feria II. et III. infra Octavam Paschae, Officium fit duplex et omnia dicuntur ut in die, praeter Orationem et Antiphonam ad Magnificat.

FERIA SECUNDA POST PASCHA.

Ad Magnif.

Ant. 8. G*

Q

UI sunt hi sermões, * quos confértis ad ín-

vicem ambu-lántes, et éstis trístes? alle-lú-ia, alle-

lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

D^Eus, qui solemnitate paschali | proséquare; * ut et perfectam liber
mundo remédia contulisti : † pó- | tatem cónsequi mereátur, et ad vitam
pulum tuum, quaesumus, caelésti dono | proficiat sempitérnam. Per Dóminum.

FERIA TERTIA POST PASCHA.

Ad Magnif.

Ant. 8. G

V

Idéte mánus mé-as * et pédes mé-os, qui-a

égo ípse sum, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.


Oratio.

D^Eus, qui Ecclesiam tuam novo | véndo téneant, * quod fide percepé-
semper foetu multiplicas : † con- | runt. Per Dóminum.
cède famulis tuis, ut sacraméntum vi-

DOMINICA IN ALBIS, in Octava Paschæ.

Duplex majus.

AD VESPERAS.

Ant.
7. c 2


Alle-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e

Sub qua sola dicuntur omnes Psalmi de Dominica, 39.


Capitulum.

1. Joann. 5.


Carissimi : Omne quod natum est | est victória quæ vincit mundum, *
ex Deo, vincit mundum : † et hæc | fides nostra.

Hymn.
8.


AD ré-gi- as Agni dápes, Stó-lis amícti cándidis,




Post tránsi-tum má-ris Rúbri, Christo canámus Prínci-




pi. 2. Di-ví-na cú-jus cá-ri-tas Sácrum propínat sángu-



nem, Almíque mémbra córporis Amor sacérdos imó-




lat. 3. Spársum cru-ó-rem póstibus Vastá-tor hórret An-




gelus : Fugítque diví-sum má-re, Mergúntur hóstes flúcti-




bus. 4. Jam Páscha nóstrum Chrístus est, Paschá-lis ídem




víctima : Et pú-ra pú-ris méntibus Since-ri-tá-tis ázy-




ma. 5. O vé-ra caéli víctima, Subjécta cui sunt tártara,




Solú-ta mórtis víncula, Recépta vítae praémi-a. 6. Ví-




ctor subáctis ínferis Trophaé-a Chrístus éxplicat, Cae-



lóque apérto, súbdi-tum Régem tenebrárum tráhit. 7. Ut




sis per-énne méntibus Paschá-le Jésu gáudi-um, A



móрте dí-ra críminum Vítae renátos líbera. 8. Dé-o Pá-



tri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o quí a mórtu-is Surréxit, ac



Parácli-to, In sempi-térna saécula. Amen.

Alter Tonus.

Hymn.

4.

A

D ré-gi-as Agni dápes, Stó-lis amícti cándi-

dis, Post tránsi-tum má-ris Rúbri, Chrísto canámus

Príncipi. 2. Di-ví-na cújus cá-ri-tas Sácrum pro-pínat


sánguinem, Almíque mémbra córpo-ris Amor sacér-

dos ímmolat. 3. Spár-sum cru-órem póstibus Vastá-tor

hórret Angelus : Fugítque diví-sum má-re, Mergúntur

hóstes flúctibus. 4. Jam Páscha nóstrum Chrístus est,


Paschá-lis ídem víctima, Et púra púris méntibus Sin-




ce-ri-tá-tis ázyma. 5. O vé-ra caéli víctima, Subjécta




cui sunt tártara, Solúta mórtis víncula, Recépta vítae.




praémi-a. 6. Vi-ctor subáctis ínfe-ris, Trophaé-a Christus




éxplicat, Caelóque apérto, súbdí-tum Régem tenebrá-




rum tráhit. 7. Ut sis per-énne méntibus Paschá-le Jésu




gáudi-um, A móрте dí-ra críminum Vítae rená-tos líbe-



ra. 8. Dé- o Pátri sit gló-ri-a, Et Fí-li- o qui a mór-



tu-is Surréxit, ac Pa- rácli-to, In sempi-térna saécu-




la. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri usque ad Ascensionem, nisi propriam doxologiam habeant.


Ÿ. Máne nobiscum Dómine, allelúia. R̄. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Ad Magníf.
Ant. 8. c




P

Ost dí-es o-cto, * jánu-is cláuis, ingrèssus



Dóminus díxit é-is : Pax vóbis, allelú-ia, allelú-ia.



E u o u a e.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens | éginus, * haec, te largiēte, móribus
Deus: † ut qui paschália. festa per- | et víta teneámus. Per Dóminum.

¶ *Hodie et deinceps* Ÿ. Benedicámus Dómino cantatur sine Allelúia. Tonus pro Dominicis Temporibus Paschalis in Officio de Tempore habetur p. 27.

Dominica II. post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, 39.


Capitulum.

1. Petr. 2. d.

Carissimi : Christus passus est pro | Qui peccátum non fecit, nec invéntus
nobis, † vobis relínquens exem- | est dolus in ore ejus. *
plum, ut sequámini vestigia ejus. *


Hymnus. Ad régias Agni dápes. 143. vel 145. Ÿ. Máne nobiscum. 147.

Ad Magníf.
Ant. 3. a




E

-go sum * pástor bónus, qui pásco óves



mé-as, et pro óvibus mé-is póno ánimam mé-am,



alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui in Filii tui humilitate ja-
céntem mundum erexisti : † fidé-
libus tuis perpétuam concéde laeti-
tiam; * ut quos perpétuae mortis eri-
puísti cásibus, gáudiis fácias pérfrui
sempitérnis. Per eúndem Dóminum.

Deinde fit commemoratio de Cruce, 48.


DOMINICA III. POST PASCHA.

IN SOLEMNITATE SANCTI JOSEPH Sponsi B. M. V. et Ecclesiae Universalis Patroni, Confessoris.


Duplex I. Classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, 39 : loco ultimi Ps. 116. Laudáte Dóminum, 67.



Jacob autem * génu-it Jó-seph, vírum Ma-




rí-ae, de qua nátus est Jesús, qui vocátur Christus, al-




le-lú-ia. E u o u a e. **M**Issus est * Angelus Gá-



bri-el a Dé-o in civi-tátem Ga-lilae-ae, cú i nómen



Náza-reth, ad Vírginem desponsá-tam ví-ro, cú-i nó-




men é-rat Jóseph, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.


6. F

A

-scéndit autem Jóseph * a Ga-lilaé-a de civi-



táte Náza-reth, in Judaé-am in civi-tátem Dá-vid,




quae vocá-tur Béth-lehem, alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant.


7. d

E

T venérunt * festinántes, et invenérunt Ma-



ri-am et Jóseph, et infántem pósitum in praesépi-o, al-




le-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.


7. d

E

T ípse Jesús * érat in-



cípi-ens qua-si annórum trigínta, ut putabá-tur fí-




li-us Jóseph, alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum.


Gen. 49. d.

Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum ejus : † donec veniret desiderium cœlium aeternorum : * fiant in capite Joseph, et in vértice Nazaraei inter fratres suos.


Hymn.




résonent christi-adum chó-ri, Qui clá-rus mé-ri-tis, jún-




ctus es ín-cly-tae Cásto foédere Vírgi-ni. 2. Almo cum




túmida gérmine cónjugem Admí-rans, dúbi-o tángeris



ánxi-us, Afflá-tu súde-ri Fláminis Ange-lus Concé-



ptum pú-erum dócet. 3. Tu ná-tum Dóminum stríngis, ad



éxteras Aegýpti prófugum tu séqueris plágas : Amís-



sum Sólymis quaéris, et ínve-nis, Míscens gaúdi-a flé-
 ti-bus. 4. Post mórtém ré-liquos sors pí-a cónsecrat,
 Palmámque eméri-tos gló-ri-a súscipit : Tu ví-vens, Sú-
 pe-ris par, frú-e-ris Dé-o, Mí-ra sórte be-á-ti-or. 5. Nó-
 bis, súm-ma Trí-as, párcé precántibus : Da Jóseph mé-
 ri-tis sídera scánde-re, Ut tandem líce-at nos tíbi pér-
 pe-tim Grátum prómere cánti-cum. Amen.

Ÿ. Constituit eum dñm domus suae, allelúia.

Ry. Et principem ómnis possessionis suae, allelúia.


Ad Magníf.

Ant. 3. a 2

C

UM esset desponsá-ta * Máter Jésu Ma-rí-a

Jóseph, ántequam convení-rent, invénta est in útero



há- bens de Spí-ri-tu Sáncto, al-le-lú-ia. E u o u a e.


Oratio.

DEus, qui ineffábili providéntia | protectórem venerámur in terris, *
 beátum Joseph sanctíssimae Ge- | intercessórem habére mereámur in
 nitricis tuae sponsum eligere dignátus | caelis. Qui vivis et regnas cum Deo
 es : † praesta, quaesumus; ut quem | Patre.


Pro commemoratione Dominicae.



M Odicum, * et non vidébi-tis me, dicit Dómi-nus :



f-terum módi- cum, et vidébi-tis me : qui- a vádo ad



Pátrem, allelú-ia, allelú-ia.

Ÿ. Máne nobiscum Dómine, allelúia. R̄. Quóniam advesperáscit, allelúia.

Oratio.

DEus, qui errántibus, ut in viam | et illa respúere quae huic inimica
 possint redire justítiae, veritátis | sunt nómini; * et ea quae sunt apta
 tuae lumen osténdis : † da cunctis | sectári. Per Dóminum.
 qui christiána professióne censéntur,

IN II. VESPERIS.


Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia :

Ÿ. Sub úmbra illius quem desideráveram sédi, allelúia.


R̄. Et fructus ejus dulcis gútturi méo, allelúia.



F Í-li, * quid fecisti nóbis sic? Ecce páter tú-us



et égo do-lén-tes quaerebámus te, al-le-lú-ia.




E u o u a e.


Prò commemoratione Dominicae.

Ant.


8. G




A-men, amen díco vóbis, * qui-a plorábi-tis et flé-



bi-tis vos : mún-dus autem gaudébit, vos vero contri-



sta-bímini : sed tristí-ti-a véstra vertétur in gáudi-um,



allelú-ia.

Ÿ. Máne nobiscum. *Oratio.* Déus qui errántibus, *ut supra*, 152.

¶ *Dominica IV. post Pascha totum Officium fit de ea cum commemoratione diei Octavae Solemnitatis S. Joseph.*

Dominica IV. post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. Allelúia. *Ps.* Dixit Dóminus, *cum reliquis de Dominica*, 39.

Capitulum.

Jac. i. c.

CARÍSSIMI : Omne datum óptimum, | num, † apud quem non est transmu-
et omne donum perfectum desúr- | tatio, * nec vicissitúdinis obumbratio.

sum est, descéndens a Patre lúmi-

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 143. *vel* 145. Ÿ. Máne nobiscum. 147.

Ad Magnif.

Ant. 2. D

V

Ado ad é-um * qui mí-sit me : sed qui-a

haec locútus sum vóbis, tristí-ti- a implévit cor vé-

strum, alle-lú- ia. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui fidélium mentes unius mundánas varietátes, ibi nostra fixa
 éfficis voluntátis : † da pópulis sint corda, ubi vera sunt gáudia.
 tuis id amáre quod praécipis, id de- Per Dóminum.
 sideráre quod promíttis ; * ut inter

*Deinde fit commemoratio diei Octavae Solemnit. S. Joseph. Ant. Fili,
 quid fecisti. Ÿ. Sub úmbra illius. Oratio. Deus, qui ineffábili providéntia. 152.*

Dominica V. post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. Alleluia. Ps. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, 39.

Capitulum.

Jac. r. d.

Carissimi : Estóte factóres verbi, et bitur viro consideránti vultum nativi-
 non audítóres tantum, falléntes tátis suae in spéculo : * considerávit
 vosmetípsos. † Quia si quis audítor enim se, et ábiit, et statim oblútus est
 est verbi, et non factor : hic compará- qualis fúerit.

Hymnus. Ad régias Agni dápes. 143. vel 145. Ÿ. Máne nobiscum. 147.


Ad Magnif.

Ant. 8. G*

P

Eti-te, * et accipi-é- tis, ut gáudi-um vé-

strum sit plénium : ípse enim Pá-ter ámat vos, qui-a



vos me amástis, et credidístis, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.


DEus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: † ut cogitémus te inspirante quae recta sunt; * et te gubernante eadem faciámus. Per Dóminum.

Deinde fit commemoratio de Cruce, 48.

IN ASCENSIONE DOMINI.


IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 116. Laudáte Dóminum. 67.




V

Iri Ga-lilae- i, * quid aspí-ci-tis in caelum?



Hic Jésus, qui assúptus est a vóbis in caelum, sic vé-




ni-et, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant.


8. G*

C

Umque * intu-e-




réntur in caelum e-úntem illum, dixé-runt, alle-lú-ia.




E u o u a e.

E


- levátis mánibus, * benedíxit




é-is : et ferebá-tur in caélum, alle-lú-ia. E u o u a e.




EX-altáte * Régem ré-gum, et hýmnum díci-te




Dé-o, alle-lú-ia. E u o u a e.



V Idénti-bus íllis *



e-levátus est, et núbes suscepit é-um in caélo, alle-




lú-ia. E u o u a e.


Capitulum.

Act. 1.


PRimum quidem sermónem feci de in diem, qua praeci-piens Apóstolis
 ómnibus, o Theóphile, † quae per Spiritum Sanctum, quos elégit, *
 coepit Jesus fácere, et docére usque | assúptus est.




SAlú-tis humánae Sátor, Jé-su vo-lúptas cór-




di-um, Orbis red-é-mp-ti Cón-di-tor, Et cá-sta lux amán-




ti-um. 2. Qua ví-ctus es clemé-ti-a, Ut nó-st-ra fér-res crí-




mina, Mórtem sub-í-res innocens, A mórte nos ut tólle-




res! 3. Perrúmpis inférnum chá-os, Vínctis ca-ténas dé-




trahis: Víctor tri-úmpho nó-bi-li, Ad dexte-ram Pátris




sédes. 4. Te có-gat indulgénti-a, Ut dá-mna nóstra sár-




ci-as, Tu-í-que vultus cómpotes, Dí-tes be-á-to lú-mi-




ne. 5. Tu dux ad ástra, et sé-mi-ta, Sis mé-ta nóstris cór-




dibus, Sis lacrimárum gáudi-um, Sis dúlce ví-tae praé-



mi-um. Amen.



V. Ascéndit Dé-us in jubi-la-ti-óne, alle-lú-ia.



R̄. Et Dóminus in vóce túbac̄, alle-lú-ia.

(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)

Ad Magnif.

Ant. 6. F

P

A-ter, * ma-ni-festávi nómen tú-um homíni-



bus quos dedísti mí- hi : nunc autem pro é- is ró-go,



non pro mún-do, qui-a ad te vá-do, allelú-ia. E u o u a e.

Oratio.

Concède, quaesumus omnipotens | ad caelos ascendisse credimus, * ipsi
Deus : † ut qui hodierna die Uni- | quoque mente in caelestibus habité-
génitum tuum Redemptórem nostrum | mus. Per eí mdem Dóminum.


Tonus Hymni ad Completorium.

Hymn.


4.

T


E lú- cis ante términum, Rérum Cre- átor, pó-




scimus, Ut pro tú- a cleméti- a, Sis praésul et custó-




di- a. 2. Procul recé- dant sómni- a, Et nócti- um phantá-



sma- ta, Hostémque nóstrum cómpri- me, Ne pollu- ántur



córpora. 3. Jé- su tibi sit gló- ri- a, Qui víctor in caélum



rédís, Cum Pátre et álmo Spí-ri-tu, In sempi-térna
saécula. Amen.

IN II. VESPERIS.

Antiphonae, Psalmi, Capit. et Hymnus ut in I. Vesperis, 155



V. Dóminus in caélo, alle-lú-ia.

R. Parávit sédem sú-am, alle-lú-ia.

(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)

Ad Magnif.

Ant. 2. D



O Rex gló-ri-ae, * Dómine virtú-tum, qui
tri-umphátor hó-di-e super ómnes caélos ascendí-
sti, ne dere-línquas nos órphanos : sed mítte promís-
sum Pá-tris in nos, Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Dominica infra Octavam Ascensionis.

AD VESPERAS.

Omnia ut in die Ascensionis, 155, exceptis :

Capitulum.

1. Petr. 4. b.

Carissimi: Estote prudentes, et vigilate in orationibus. † Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes: * quia caritas operit multitudinem peccatorum.

Hymnus. Salutis humane Sator. 156.

Ÿ. Dominus in caelo, alleluia.

R. Paravit sedem suam, alleluia.

Ad Magnif.


Ant. 8. G

H

Aec locutus sum vobis, * ut cum venerit hora



era eorum, reminiscimini quia ego dixi vobis,



alleluia. E u o u a e.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, † fac voluntatem, * et majestati tuae sincero corde servire. Per Dominum nostrum.

Et fit commemoratio de Ascensione. Ant. O Rex gloriae. 159.

Ÿ. Ascendit Deus in jubilatione, alleluia.

R. Et Dominus in voce tubae, alleluia.


Oratio. Concède, quaesumus omnipotens Deus. 158.

Si vero in crastinum fiat Officium de Octava, Antiphona et Ÿ. sumuntur e I. Vesperis Festi, 158.

IN FESTO PENTECOSTES.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi Ps: 116. Laudate Dóminum. 67.

1. Ant. 3. a 2 
DUM compleréntur * dí-es Pentecóstes, érant




ómnes pári-ter dicéntes, alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant. 
8. G **S**PÍ-ri-tus Dómini * replévit órbe-m terrárum,



al-le-lú-ia. E u o u a e.


3. Ant. 
8. G **R**Eplé-ti sunt ómnes *



Spí-ri-tu Sáncto, et coepérunt lóqui, alle-lú-ia.

4. Ant. 
1. a 3 **F**Ontes, * et ómni-a quae movéntur

E u o u a e.




in áquis, hýmnum díci-te Dé-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.


7. c 2



L Oquebántur * vá- ri- is línguis Apósto- li



magná-li- a Dé- i, alle- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia.



E u o u a e.


Capitulum.

Act. 2.


CUM compleréntur dies Pentecóstes, | caelo sonus, tamquam adveniéntis
erant omnes discípuli páriter in | spíritus veheméntis, * et replévit to-
eodem loco : † et factus est repénite de | tam domum ubi erant sedéntes.

Hymn.


8.




V Eni Cre- átor Spí-ritus, Méntes tu-órum ví- sítá :




Imple supérna grá- ti- a Quae tu cre- ásti péctora.











2. Qui díce- ris Pa- ráclitus, Altíssimi dó- num Dé- i, Fons




vívus, ígnis, cári- tas, Et spi- ri- tá- lis úncti- o. 3. Tu se-




pti- fórmis múnere, Dígitus patérnae déxterae, Tu ri- te





∇. Replé-ti sunt ómnes Spí-ri-tu Sáncto, alle-lú-ia.




R̄. Et coepérunt lóqui, alle-lú-ia.

Ad Magníf.

Ant. 1. D

N

ON vos re-línquam * órphanos, alle-lú-ia :



vádo, et véni-o ad vos, alle-lú-ia : et gaudébit cor



vétrum, alle-lú-ia. E u o u a e.

Oratio.


<p>DEus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuisti : † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de ejus semper con-</p>	<p>solatióne gaudére. Per Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus.</p>
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------

Tonus Hymni ad Completorium.

1.

T


E lúcis ante términum, Rérum Cre-á-tor, pósci-




mus, Ut pro tú- a cleméti- a, Sis praésul et custódi- a.

2. Procul recédant ... 3. Déo Pátri sit glória.


IN II. VESPERIS.

*Antiphonae ut in I. Vesperis, 161. Psalmi de Dominica, 39.**Capitulum. Cum compleantur. Hymnus. Veni Creator. 162.*

V. Loquebántur vá-ri-is línguis Apóstoli, alle-lú-ia.



R̄. Magná-li-a Dé-i, alle-lú-ia.


(Sic cantatur in die Festi tantum; alias in tono solito.)

Ad Magnif.


Ant. 1. D

H

Odi-e * complé-ti sunt dí-es Pente-cóstes,



alle-lú-ia : hó-di-e Spí-ri-tus Sánctus in ígne disci-




pu-lis appá-ru-it, et tríbu-it é-is cha-rís-ma-tum dó-



na : mí-sit é-os in uni-vérsum mún-dum praedicá-re et



testi-fi-cá-ri : qui credí-de-rit, et baptizá-tus fú-e-rit,



sálvus é-rit, alle-lú-ia. E u o u a e.

† *Feria II. et III. post Pentecosten Officium fit duplex, et omnia dicuntur ut in die, præter Orationem et Antiphonam ad Magnificat.*

FERIA II. POST PENTECOSTEN.


Ad Magnif.
Ant. 3. a

S


I quis dí-ligit me, * sermónem mé-um servá-



bit : et Páter mé- us dí-li-get é- um : et ad é-um vé-



ni-émus, et mansi-ónem apud é-um faci- émus, al- le-



lú-ia. E u o u a e.

Oratio.


DEus, qui Apóstolis tuis Sanctum (quibus dedisti fidem, largiáris et pa-
dedisti Spíritum : † concéde plebi cem. Per Dóminum... in unitáte ejús-
tuae piae petitiónis efféctum : * ut dem Spíritus.


FERIA III. POST PENTECOSTEN

Ad Magnif.
Ant. 6. F


P

A-cem * re-línquo vó-bis, pácem mé-am do





vó-bis : non quómodo mún-dus dat, égo do vó-bis,



allelú-ia. E u o u a e.

Oratio.

ADsit nobis, quaesumus Dómine, et ab ómnibus tueatur advérsis. Per virtus Spíritus Sancti : † quae et Dóminum... in unitáte ejúsdem Spíritus. corda nostra cleménter expúrget, *

IN FESTO SS. TRINITATIS.

Duplex I. Classis.


IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, 39. loco ultimi Ps. 116. Laudáte Dóminum. 67.


1. Ant 1. f

G

Ló-ri-a * tí-bi Trí-ni-tas aequá-lis, úna Dé-i-



tas, et an- te ómni-a saécu-la, et nunc, et in perpé-




tu-um. E u o u a e.


2. Ant.
2. D

L

Aus et perénnis glóri-a *




Dé-o Pátri, et Fí-li-o, sáncto simul Parácli-to, in saé-




cu-la saecu-ló-rum. E u o u a e.


2. Ant. **G** Ló-ri-a láudis *



ré-sonet in ó-re ómni-um, Pátri, genitaéque Pró-li,




Spi-rí-tu-i Sáncto pá-ri-ter resúltet láude per-énni.




E u o u a e.

4. Ant. **L** Aus Dé-o Pátri, * pa-ri-líque




Pró-li, et tibi Sáncte stúdi-o per-énni Spi-ri-tus, nó-




stro ré-sonet ab ó-re ómne per aévum. E u o u a e.



5. Ant. **E** X quo ómni-a, * per quem ómni- a, in quo



ómn-i-a : ípsi gló-ri-a in saécu-la.



E u o u a e.

Capitulum.

Rom. 11. d.

O altitudo divitiarum sapientiae et | hensibilia sunt iudicia ejus, * et inve-
scienciae Dei : † quam incompre- | stigabiles viae ejus!

Hymn.

8.

JAM sol recedit igneus : Tu lux perennis Uni-

tas, Nôstris, be-âta Trîni-tas, Infunde amorem córdi-

bus. 2. Te mane laudum cârmine, Te deprecâmur véspe-

re : Digné-ris ut te súpli-ces Laudémus inter caélites.

3. Pátri simúlque Fí-li-o, Ti-bíque Sáncte Spí-ri-tus,

Sicut fú-it, sit júgi-ter Saéclum per ómne gló-ri-a.

Amen.


Ÿ. Benedicâmus Pátrem et Fí-lium cum Sáncto Spí-ritu.

R̄. Laudémus et superexaltémus eum in saécula.

Ad Magnif.

Ant. 1. D

GRá-ti-as * tí-bi Dé-us, grá-ti-as tí-bi vé-ra.




et ú- na Trí- ni- tas : ú- na et súm- ma Dé- i-
tas : sán- cta et ú- na Uni- tas. E u o u a e.


Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui státis adoráre Unitátem : † quaésu-
dedisti fámulis tuis in confessióne mus; ut ejúdem fidei firmitáte, * ab
verae fidei, aetérnae Trinitátis glóri- omnibus semper muniámur advérsis.
riam agnóscere, et in poténtia maje- Per Dóminum.

Et fit commemoratio Dominicae I. post Pentecosten, ut sequitur :

Ant. 

I.
L Oquere Dómine, * qui- a áu- dit sérvus
tú- us.



Ÿ. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
R̄. Et descéndat super nos misericórdia túa.


Oratio.

DEus, in te sperántium fortitúdo, grátiae tuae; * ut in exsequéndis
adésto propítius invocatió nibus mandátis tuis, et voluntáte tibi et
nostris : † et quia sine te nihil potest actiÓne placeámus. Per Dóminum.
mortális infirmitas, praesta auxiliúm


IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesp. 167, sed dicuntur quinque Ps. de Dominica, 39.


Ÿ. Benedictus es Dómine in firmaménto caéli.
R̄. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

Ad Magníf. 


Ant. 4. E
T E Dé-um * Pátrem ingé- ni- tum, te Fí- li- um




uni-gé-ni-tum, te Spí-ri-tum Sánctum Pará-cli-tum,



sánctam et indi-ví-du-am Tri-ni-tá-tem, tóto córde et



ó-re confi-témur, laudá-mus, atque bene-dí-cimus :




tí-bi gló-ri-a in saécula. E u o u a e.

Pro commemoratione Dominicae.


Ant.

8.




N

Oli-te ju-dicá-re, * ut non judi-cémini : in quo



enim judí-ci-o judicavé-ri-tis, ju-dicabímini, dicit



Dóminus.

Ÿ. Dirigátur Dómine orátio méa. R̄. Sicut incénsus in conspéctu túo.

Oratio. Deus, in te sperántium, 170.




IN COMMEMORATIONE SOLEMNI
SANCTISSIMI CORPORIS D. N. J. C.

Duplex I. Classis cum Octava.

IN. I. VESPERIS.

Psalmi. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Confitebor tibi. 40. — 3. Crédidi. 67. — 4. Beáti. 68. — 5. Láuda Jérúsalem. 71.



I. Ant. r. f. 

S Acórdos in aetérnum * Christus Dóminus se-








cún- dum ór- dinem Melchí- sede- ch, pánem et ví- num
 óbtu- lit. E u o u a e. **M** Iserá- tor Dó- minus *
 éscam dé- dit timén- tibus se in memó- ri- am su- ó-
 rum mi- rabí- li- um. E u o u a e. **C** A- licem * sa-
 lutá- ris accí- pi- am, et sacri- ficábo hó- sti- am láudis.
 E u o u a e. **S** Ic- ut novéllae o- li- várum, * Ec-



E u o u a e. **Q**UI pácem * pónit fines Ecclé-




si-ae, fruménti ádipe sá-ti- at nos Dóminus. E u o u a e.

Capitulum.

1. Cor. 11. 6.


FRatres : Ego enim accépi a Dó-
mino quod et tradídi vobis, † quó-
niam Dóminus Jesus, in qua nocte
tradebátur, accépit panem, et grátias
agens fregit, et dixit : Accípite, et
manducáte : hoc est corpus meum,
quod pro vobis tradétur : * hoc fácite
in meam commemoratióem.

Hymn.




^{3.}
P


Ange língua glo-ri-ósi Córpo-ris mysté-ri-um,




Sanguínsque pre-ti-ó-si, Quem in mún-di pré-ti-um Frú-



ctus vén-tris generó-si Rex effúdit génti-um. 2. Nóbis dá-



tus, nóbis nátus Ex intácta Vírgine, Et in mún-do



conversá-tus, Spárso vérbi sémine, Sú-i móras inco-

látus Mí-ro cláusit ór-dine. 3. In suprémae nócte coé-
nae, Recúmbens cum frátribus, Observáta lége ple-
ne Cíbis in legá-libus, Cíbum túrbæ du-odénae Se
dat sú-is mánibus. 4. Vérbum cáro, pánem vérum Vérbo
cárnem éffi-cit : Fítque sánguís Chrísti mérum, Et si |
sénsus dé-fi-cit, Ad firmándum cor sincérum Sóla
fides súffi-cit. 5. Tántum ergo Sacraméntum Venerémur
cérnui : Et antíquum documéntum Nóvo cédat ri-
tu-i : Praéstet fides suppleméntum Sénsu-um de-fé-

ctu-i. 6. Geni-tó-ri, Geni-tó-que Laus et jubi-láti-o, Sá-
 lus, hónor, virtus quoque Sit et benedícti-o : Proce-
 dénti ab utróque Cómpar sit laudá-ti-o. Amen.


V. Pánem de caélo praesti-tísti é-is, alle-lú-ia.

R. Omne de-lectaméntum in se habéntem, alle-lú-ia.

(Sic cantatur in I. et II. Vesperis Festi tantum; alias in tono communi).

Ad Magníf. Ant. 6. F

O quam su-á-vis est, * Dó- mi-ne,
 spí- ri-tus tú- us! qui ut dulcédi-nem tú- am in fi-
 li- os demonstrá- res, páne su-a-vís- simo de
 caélo praestito, esu-ri-éntes réples bónis, fa-stidi-ó-



sos divites dimittens inanes. E u o u a e.

Oratio.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti : † tribue, quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari ; * ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate.

¶ Ad Completorium. *Hymnus.* Te lucis. *cantatur ut in Nativitate Domini, 89, et in fine dicitur Jēsu tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine. Et ita per-totam Octavam.*

IN II. VESPERIS.


Omnia dicuntur ut in I. Vesperis, excepta :

Ad Magnif.


Ant. 5.

O


sacrum convivium ! * in quo Christus




sumitur : recollitur memoria passionis ejus :



mens impletur gratia : et futurae gloriae



no-bis pignus da-tur, alle-



lu-ia. E u o u a e.

Dominica infra Octavam Corporis Christi

quae est II. post Pentecosten

AD VESPERAS.

Antiphonae et Psalmi ut in Festo, 172.

Capitulum.

1. Joan. 3. b.

Carissimi : Nolite mirari, si odit vos mundus. † Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, * quoniam diligimus fratres.

Hymnus. Pange lingua. 173.

Ÿ. Cibavit illos ex adipi frumenti, alleluia.
R. Et de petra, melle saturavit eos, alleluia.

Ad Magnif.

Ant. I. a

E

X-I ci-to * in platé-as et ví-cos civi-tá-tis :

et páupe-res ac débi-les, caecos et cláudos compéle

intráre, ut imple-á-tur dómus mé-a, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Oratio.

Sancti nominis tui Domine timorem gubernatione destituis, * quos in solitudine tuae dilectionis instituis. Per perpetuum : † quia numquam tua Dominum.

Deinde fit commem. de Octava. Ant. O quam suavis. 175. Ÿ. Panem de caelo. Oratio. Deus, qui nobis. 176.

¶ In Octava Corporis Christi. *Duplex majus. Omnia ut in Festo.*

Dominica III. post Pentecosten.

Ad Magníf.
Ant. 6. F**Q**

Uae mú-li-er * hábens dráchmas decem, et

si perdí-de-rit dráchmam únam, nonne accéndit lu-

cér-nam, et evérrit dómum, et quaérit* di-ligénter,

donec invéni-at? E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine orátio méa.

R̄. Sicut incésum in conspéctu túo.

Oratio.

PRotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum : † multiplica super nos misericórdiam tuam; ut te rectóre, te


duce, sic transeámus per bona temporália, * ut non amittámus aetérna. Per Dóminum.

Dominica IV. post Pentecosten.

Ad Magníf.
Ant. 1. g**P**

Raecéptor, * per tótam nóctem laborántes,

nihil cépimus : in vérbo autem tú-o laxábo ré-te.



E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

DA nobis, quaesumus Dómine, † ut tua tranquilla devotióne laetétur. Per
 et mundi cursus pacifice nobis Dóminum.
 tuo órdine dirigátur : * et Ecclésia

Dominica V. post Pentecosten.

Ad Magníf.

Ant. i. D

SI offers * múnus tú- um ante altá- re,
 et recordá-tus fú-e-ris qui-a fráter tú-us hábet á-li-
 quid advérsum te : re-línque ibi múnus tú-um ante
 altá- re, et váde pri-us reconci-li-á-ri frátri tú-o :
 et tunc véni-ens ófferes múnus tú- um, alle-lú-ia.

E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

DEus, qui diligéntibus te bona invisibíla praeparásti : † infunde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus et super ómnia diligén-

tes, * promissíones tuas, quae omne desidérium supérant, consequámur. Per Dóminum.

Dominica VI. post Pentecosten.

Ad Magníf.

Ant. 7. b

M

Isé-re-or * super túrbam : qui-a ecce jam

trí-du-o sústinent me, nec hábent quod mandú-cent : et

si dimí-sero é-os je-júnos, de-ffí-ci-ent in ví-a, alle-

lú-ia. E u o u a e.

ʸ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

DEus virtútum, cujus est totum quod est óptimum : † insere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et praesta in nobis religiónis augméntum; * ut

quae sunt bona nútrias, ac pietátis stúdio, quae sunt nutrita custódias. Per Dóminum.

Dominica VII. post Pentecosten.


Ad Magníf.

Ant. i. D

N

ON pótest * árbor bóna frúctus má-los fá-

cere, neque árbor mála frúctus bónos fácere : ómnis



árbor quae non facit fructum bonum, excidetur, et in
 ignem mittetur, alle-lú-ia. E u o u a e.

V. Dirigatur Dómine.

Oratio.

Deus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur : + te supplices exoramus; ut noxia cuncta submóveas, * et omnia nobis profutura concedas. Per Dóminum.

Dominica VIII. post Pentecosten.

Ad Magníf.
 Ant 4. E




Quid fá-ci-am, * qui-a dóminus mé- us áufert
 a me villica-ti-ó-nem? fó-dere non vá-le- o, mendicá-
 re eru-bésco : scí- o quid fáci- am, ut cum amótus
 fú-ero a villi-ca-ti-ó-ne, re-cípi- ant me in dónos
 sú- as. E u o u a e.

V. Dirigatur Dómine.


Oratio.

L Argire nobis, quaesumus Domine, qui sine te esse non possumus, * semper spiritum cogitandi quae secundum te vivere valeamus. Per Dominum. **†** ut


Dominica IX. post Pentecosten.

Ad Magnif. 
Ant. 8. G


S Criptum est e-nim * qui-a domus me- a do-



mus o-ra-ti-onis est cunctis gentibus : vos autem fecistis



illam speluncam latronum ; et erat quotidi-




do- cens in templo. E u o u a e.

Ÿ. Dirigatur Domine.


Oratio.

Pateant aures misericordiae tuae fac eos quae tibi sunt placita postulare. Per Dominum. **†** et ut petentibus desiderata concedas, *


Dominica X. post Pentecosten.

Ad Magnif. 
Ant. 8. G

D Escendit hic * justifi- catus in domum



su-am ab illo : qui-a omnis qui se ex- altat, humi-li- a-



bi-tur : et qui se humí-li- at, exaltábi-tur. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.


DEus, qui omnipoténtiam tuam | misericórdiam tuam; ut ad tua pro-
parcéndo máxime et miserándo | missa curréntes, *caeléstium bonórum
manifestas : † multiplíca super nos | fácias esse consórtes. Per Dóminum.

Dominica XI. post Pentecosten.


Ad Magníf.

Ant. 5. a

B



Ene ómni- a fécit : * súrdos fé-cit audí-



re, et mútos lóqui. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.


OMnípotens sempitérne Deus, qui | ut dimittas quae consciéntia métuit, *
abundántia pietátis tuae, et mé- | et adjicias quod orátio non praesú-
rita súpplicum excédís et vota : † | mit. Per Dóminum.
effúnde super nos misericórdiam tuam;

Dominica XII. post Pentecosten.


Ad Magníf.

Ant. 8. G


h



Omo quídam * descendébat ab Jerúsalem



in Jé-richo, et incidit in latrónes : qui ét-i- am



despo-li-a-vérunt é-um, et plágis impósi-tis abi-érunt,

semivívo re-lícto. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.


Oratio.

OMnipotens et miséricors Deus, de tur : † tribue quaesumus nobis, * ut
cujus múnere venit, ut tibi a fidé- ad promissiones tuas sine offensione
libus tuis digne et laudabiliter serviá- currámus. Per Dóminum.


Dominica XIII. post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. i. D 2



U-nus autem ex illis, * ut ví-dit qui-a mun-



dátus est, regréssus est, cum mágna vó-ce magní-ficans

Dé-um, alle-lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.


Oratio.

OMnipotens sempitérne Deus, da no- promittis, * fac nos amáre quod praé-
bis fidei, spei, et caritátis augmén- cipis. Per Dóminum.
tum : † et ut mereámur ássequi quod


Dominica XIV. post Pentecosten.

Ad Magnif.

Ant. i. g



QUaéri-te primum * régnum Dé- i, et ju-



stí-ti-am éjus : et haec ómni- a adji-ci- éntur vó-bis,
 alle-lú-ia. E u o u a e.
 Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

Custódi Dómine, quaesumus, Ecclé-
 siam tuam propitiatióne perpé-
 tua : † et quia sine te lábitur humana
 mortálitas, * tuis semp auxiliis et
 abstrahátur a nóxiis, e ad salutária
 dirigátur. Per Dóminum.

Dominica XV. post Pentecosten.

Ad Magníf.

Ant. 4. A

P

Rophéta mágnus* surréxit in nóbis : et qui-a



Dé- us vi-sitá-vit plébem sú- am. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

Ecclésiám tuam Dómine miserátio
 continuáta mundet et múniat : †
 et quia sine te non potest salva consi-
 stere, * tuo semper múnere gubér-
 tur. Per Dóminum.


Dominica XVI. post Pentecosten.

Ad Magníf.


Ant. 7. a

C

UM vocátus fú-e-ris * ad núpti-as, recúmbe



in novíssimo ló-co : ut dícat tibi qui te invi-távit :



Amice, ascende superius : et erit tibi gloria coram



simul discumbentibus, alleluia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigatur Domine.

Oratio.

TUA nos, quaesumus Domine, gratia semper et praeveniatur : * ac bonis operibus jugiter praestet esse intentus. Per Dominum.

Dominica XVII. post Pentecosten.

Ad Magnif.


Ant. 4. E

Q


Uid vobis * videtur de Christo? cuius fi-




lius est? Dicunt ei omnes : David. Dicit eis



Jesus : Quomodo David in spiritu vocat eum Do-



minum, dicens : Dixit Dominus Domino meo : Sede



a dextris meis? E u o u a e.

Ÿ. Dirigatur Domine.

Oratio.

DA, quaesumus Domine, populo tuo te solum Deum pura mente sectari. diabólica vitare contagia : * et Per Dominum.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

Ad Magníf.

Ant. 4. E

T

Ulít ergo * paraly-ticus léctum sú-um in quo

jacébat, magní-fi-cans Dé- um : et ómnis plebs, ut ví-dit,

dé-dít láudem Dé- o. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

Dirigat corda nostra, quaesumus | ratio : * quia tibi sine te placere non
Dómine, tuae miseratiónis' ope- | pössumus. Per Dóminum.

Dominica XIX. post Pentecosten.

Ad Magníf.

Ant. 3. a

I

Ntrávit autem rex, * ut vidé-ret discumbén-

tes, et vídit ibi hóminem non vestí-tum véste nupti- á-

li, et á-it illi : Amíce, quómo-do huc intrásti, non

hábens véstem nupti- á-lem? E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómino.

Oratio.

Omnipotens et miséricors Deus, uni- | páriter expediti, * quae tua sunt,
 vèrsa nobis adversántia propitiá- | liberis méntibus exsequámur. Per
 tuis excludé : † ut mente et corpore | Dóminum.


Dominica XX. post Pentecosten.

Ad Magníf.


Ant. 3. a

C

Ognóvit autem páter * qui-a illa hóra erat,



in qua díxit Jé- sus : Fí-li-us tú-us ví- vit : et cré-



didit ípse, et dómus é-jus tó-ta. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

Largire, quaesumus Dómine, fidé- | mundéntur offénsis, * et secúra tibi
 libus tuis indulgéntiam placátus | mente desérvant. Per Dóminum.
 et pacem : † ut páriter ab ómnibus |


Dominica XXI. post Pentecosten.

Ad Magníf.


Ant. 6. C

S


Er-ve né-quam, * ómne débi-tum dimí-si tí-



bi, quóni-am rogásti me : nonne ergo opórtu-it et



te mi-seré-ri consérvi tú-i, sicut et égo tú-i misér-




tus sum? alle-lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.


Oratio.

Familiam tuam, quaesumus Dómine, continua pietáte custódi: † ut sit libera, * et in bonis áctibus tuo a cunctis adversitatibus te protegente | nómini sit devóta. Per Dóminum.

Dominica XXII. post Pentecosten.



R Eddi-te ergo * quae sunt Caésa-ris Caésa-



ri, et quae sunt Dé-i Dé-o, alle- lú-ia. E u o u a e.


Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.


Deus, refúgium nostrum et virtus: † ut quod fidéliter pétimus, efficaciter adésto piis Ecclésiæ tuæ préci- consequámur. Per Dóminum. bus, auctor ipse pietátis, et praesta; *

Dominica XXIII. post Pentecosten.


Si haec Dominica fuerit última post Pentecosten, ejus loco ponitur XXIV., ut infra, 191.



A T Jésus convérsus, * et vídens é-am, dí-



xit : Confide, fí-li-a : fides tú-a te sálvam fé-cit, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Domine.

Oratio.

Absolve, quaesumus Dómine, tuó-fragilitate contráximus, * tua beni-
rum delicta populórum : † ut a gnitate liberémur. Per Dóminum.

Dominicae post Pentecosten non possunt esse pauciores XXIII, neque plures XXVIII. Cum autem fuerint plures XXIV, tunc post XXIII. Dominicam resumuntur quae eo anno superfuerunt post Epiphaniam, quoad Orationem et Antiphonam ad Magnificat, hoc ordine :

Si Dominicae post Pentecosten fuerint XXV, Dominica XXIV. post Pentecosten erit quae est VI. post Epiphaniam.

Si fuerint XXVI, Dominica XXIV. erit quae est V. post Epiphaniam, et XXV. quae est VI.

Si fuerint XXVII, Dominica XXIV. erit quae est IV. post Epiphaniam, XXV. erit V., et XXVI. erit VI.

Si fuerint XXVIII, Dominica XXIV. erit quae est III. post Epiphaniam, XXV. erit IV., XXVI. erit V., et XXVII. erit VI.

Ultimo loco semper ponitur quae sequitur hic in ordine XXIV.

Dominica III. post Epiphaniam.

Ad Magnificat, Antiphona. Dómine, si tu vis. 122.

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus.

Dominica IV. post Epiphaniam.

Ad Magnificat, Antiphona. Dómine, sálva nos. 122.

Oratio. Deus, qui nos in tantis periculis.

Dominica V. post Epiphaniam.

Ad Magnificat, Antiphona. Colligite primum. 123.

Oratio. Familiam tuam quaesumus Dómine.

Dominica VI. post Epiphaniam.

Ad Magnificat, Antiphona. Símile est régnum. 123.

Oratio. Praesta quaesumus, omnipotens Deus.

Dominica XXIV. et ultima post Pentecosten.

Ad Magníf. 
 Ant. i. f 
A -men díco vóbis : * qui-a non praeter-íbit

 generá-ti-o haec, donec ómni-a fí-ant : caé-lum et

 térra transí-bunt, vérba autem mé-a non transíbunt,


 dí-cit Dóminus. E u o u a e.

Ÿ. Dirigátur Dómine.

Oratio.

EXcita, quaesumus Dómine, tuórum | tes, * pietátis tuae remédia majóra
 fidélium voluntátes : † ut divini | percipiunt. Per Dóminum.
 óperis fructum propénsius exsequén-







COMMUNE SANCTORUM.

In singulis Festis Sanctorum ritus Duplicis I. aut II. classis, omnia sumuntur de respectivo Communi ut infra, praeter ea quae habentur propria.

COMMUNE APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 116. Laudate Dóminum. 67.

1. Ant. 8. c

H

OC est praeceptum mé-um, * ut di-ligá-tis

2. Ant.

ínicem, sicut di-léxi vos. Eu o u a e.

M

A-jórem

ca-ri-tátem * némo há- bet, ut ánimam sú-am pó-nat

3. Ant.

quis pro amí-cis sú- is. Eu o u a e.

V

OS amí-ci

mé- i éstis, * si fecé-ri-tis quae praeci-pi-o vóbis, di-

4. Ant. *i. f.* **B** E-á-ti paci-fi-ci, *

cit Dóminus. E u o u a e.

be-á-ti mún-do cór-de : quó-ni-am ípsi Dé-um vi-dé-

5. Ant. *i. g.* **I** N pa-ti-énti-a véstra * pos-

bunt. E u o u a e.

sidé-bi-tis á-ni-mas vé-stras. E u o u a e.

Capitulum.

Ephes: 2. d.

FRatres : Jam non estis hóspites et rum et Prophetárum, * ipso summo
 ádvenae : † sed estis cives sanctó- angulári lápide Christo Jesu. R. Deo
 rum, et doméstici Dei : superaedi- grátias.
 ficáti super fundaméntum Apostoló-

Hymn. **E** Xsúltet ór-bis gáudi-is, Caélum re-súltet láudi-

bus : Aposto-ló-rum gló-ri-am Téllus et ástra cónci-

nunt. 2. Vos saecu-ló-rum júdices, Et vé-ra mún-di

lúmina : Vó-tis pre-cámur córdi-um, Audí-te vóces súp-



plicum. 3. Qui tépla caé-li cláudi-tis, Serásque vérbo



sólvi-tis : Nos a re-á-tu nóxi-os Sólvi jubéte, quaésu-



mus. 4. Praecépta quó-rum pró-tinus Lánguor sa-lús-




que sénti-unt : Sanáte méntes lánguidas, Augéte nos



vir-tú-tibus. 5. Ut cum redí-bit árbi-ter In fíne Chrí-




stus saécu-li, Nos sempi-térni gáudi-i Concédát esse



cómpotes. 6. Pátri simúlque Fí-li-o, Tibique Sáncte



Spí-ritus, Sicut fú-it, sit júgi-ter Saeculum per ómne




gló-ri-a. Amen.

Alter Tonus.


1. **E** Xsúltet órbitis gáudi-is, Caélum resúltet láu-
 dibus : Apostolórum gló-ri-am Téllus et ástra
 cóncinunt. 2. Vos saecu-lórum júdices, Et vé-ra
 múndi lúmi-na : Vó-tis precámur córdi-um,
 Audí-te vó-ces súpplícum. 3. Qui témpla caéli cláu-
 di-tis, Se-rásque vérbo sólvi-tis : Nos a re-átu nó-
 xi-os Sólvi ju-bé-te, quaesumus. 4. Praecé-
 pta quórum pró-tinus Lánguor salúsque sénti-unt :




Sanáte méntes lánguidas, Augéte nos vir-tú-ti-



bus. 5. Ut cum red-íbit árbi-ter In fí-ne Chrístus




saécu-li, Nos sempi-térni gáudi-i Concédát



és-se cómpotes. 6. Pátri, simúlque Fí-li-o, Tibí-



que Sáncte Spí-ri-tus, Sicut fú-it, sit júgi-ter



Saécum per ómne gló-ri-a. Amen.


Ÿ. In ómnem térram exívit sónus eórum.

R̄. Et in fines órbis térrae vérba eórum.



Ad Magnif.
Ant. 1. f

T

Rádent enim vos * in concí-li-is, et in sy-




nagógis sú-is flagellábunt vos, et ante réges et praési-



Oratio propria.

IN II. VESPERIS.

Ps. 1. Dixit Dóminus. 39. — 2. Laudáte púeri. 41. — 3. Crédidi. 67. —
4. In converténdo. 67. — 5. Dómine probásti me. 69.




I


Urávit Dóminus, * et non paeni-té-bit é-um :




Tu es sacérdos in aetérnum. E u o u a e. **C** Ollo-




cet é-um Dóminus * cum princípibus pópu-li sú- i.



E u o u a e. **D** Irupísti, Dómine, * víncula mé- a :





tíbi sacri-ficábo hósti-am láudis. E u o u a e.




E

- úntes í- bant * et flébant, mitténtes sémina

5. Ant.  7. c 
 sú- a. E u o u a e. **C** Onfortá- tus est * princi-




 pá- tus e-ó- rum, et honorá-ti sunt amíci tú-i Dé- us.



E u o u a e.

Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.


Ÿ. Annuntiavérunt ópera Déi. R̄. Et fácta éjus intellexérunt.

Ad Magníf. 
 Ant. I. g 2 

C -stóte fórtes in béllo, * et pugnáte cum an-



tíquo serpénte : et ac-cipi- é-tis régnum aetérnum, † al-




le-lú-ia. *Post Septuag.* † dí-cit Dóminus. E u o u a e.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS


EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 116. Laudáte Dóminus. 67.

I. Ant. I f 


Q UI me conféssus fú-e-rit * co-ram homínibus,




confitébor et égo é- um coram Pátre mé- o. Eu o u a e.




Q UI séqui-tur me, * non ámbu-lat in té-nebris : sed




habébit lúmen vítae, dí-cit Dóminus. Eu o u a e.




Q UI mí-hi minístrat, * me sequá-tur : et ubi égo




sum, illic sit et miníster mé- us. Eu o u a e.




S I quis mí-hi ministráve-rit, * hono-ri-ficábit é-um



Pá-ter mé-us, qui est in caé-lis, dí-cit Dóminus.



Eu o u a e. **V** Olo, Pá-ter, * ut ubi égo sum,



illic sit et miníster mé- us. Eu o u a e.

Capitulum.

Jac. 1. b.

BEátus vir qui suffert tentatió- | fúerit, accipiet corónam vitae, * quam
nem : † quóniam cum probátus | repromísit Deus diligéntibus se.

Hymn.

8.

DE-us tu-ór-um mí-li-tum Sors et coróna, præ-

mi-um : Láudes canéntes Márty-ris, Absólve nexu

críminis. 2. Hic nempe múndi gáudi-a, Et blándá fráu-

dum pábu-la Imbú-ta félle dépu-tans, Pervénit ad

caelésti-a. 3. Poénas cucúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-

ri-li-ter : Fundénsque pro te sánguinem, Aetérna dó-


na póssidet. 4. Ob hoc precátu súppli-ci Te póscimus,

pi-íssime : In hoc tri-úmpho Márty-ris, Dimítte



nóxam sérvu-lis. 5. Laus et perénnis gló-ri-a Pátri sit,
 atque Fí-li-o, Sáncto simul Pa-rácli-to, In sem-
 pi-térna saécú-la. Amen.

Alter Tonus.



3.
DE-us tu-órum mí-li-tum Sors et coróna, praé-
 mi-um : Láudes canéntes Márty-ris, Absólve néxu crí-
 mi-nis. 2. Hic nempe múndi gáudi-a, Et blánda fráu-
 dum pá-bu-la Imbú-ta félle depu-tans, Pervénit ad
 caelé-sti-a. 3. Poénas cucúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-
 ri-li-ter : Fundénsque pro te sánguinem, Aetérna dó-




na pòssi-det. 4. Ob hoc pre-cátu súpli-ci Te pòscimus,
 pi-ís-sime : In hoc tri-úmpho Márty-ris, Dimítte nó-
 xam sérvu-lis. 5. Laus et per-énis gló-ri-a Pátri sit,
 atque Fí-li-o, Sáncto simul Parácli-to, In semp-
 térna saécu-la. Amen.

Ÿ. Glória et honóre coronásti éum, Dómine.

Rz. Et constituísti éum super ópera mánuum tuárum.

Ad Magnif.
 Ant. 8. G



I-ste Sánctus * pro lége Dé-i sú-i certá-vit
 usque ad mórtem, et a vérbis impi-ó-rum non tí-
 mu-it : fundátus enim é-rat supra fírmam pétram.

E u o u a e.

Pro Martyre et Pontifice.

Oratio.

Infirmatē nostram respice, omnipotens Deus : † et quia pondus proprię actiōnis gravat, * beāti *N.* | Mártiris tui atque Pontificis intercessiō gloriōsa nos protégat. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui nos beāti *N.* Mártiris tui atque Pontificis annua solennitatē laetificas : † concēde propi- | tius; ut cujus natalitia cōlimus, * de ejusdem etiā protectiōne gaudeāmus. Per Dóminum.

Pro Martyre tantum.

Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut qui beāti *N.* Mártiris tui natalitia cōlimus, * interces- | siōne ejus in tui nōminis amore roborémur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus : † ut intercedēte beato *N.* | bus liberémur in corpore, * et a pravis cogitatiōibus mundémur in mente. Per Dóminum.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis; sed Ps. ultimus erit Ps. 115. Crēdidi. 67.


Ÿ. Jústus ut pálma florēbit. R̄. Sicut cédrus Libani multiplicābitur.

Ad Magníf.


Ant. 1. f

Q

UI vult ve-nire post me, * ábneget semet-i-



psum, et tóllat crúcem sú-am, et sequátur me.



E u o u a e.


Si faciēda sit commemoratiō alterius Mártiris qui habet eandem Antiphonam, dicitur :

Ant. 3.

Q

UI ó-dit * ánimam sú-am in hoc mún-do, in





ví-tam aetérnam custó-dit é- am.

Ÿ. Jústus ut páлма. *ut supra.* Vel si jam dictus sit :

Ÿ. Posuísti Dómine super cáput éjus. R7. Córonam de lápide pretióso.

COMMUNE

APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM


UNIUS ET PLURIMORUM MARTYRUM

TEMPORE PASCHALI.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 116. Laudáte Dóminum. 67.

I. Ant. 8. G




S

Anci tú-i * Dómine florébunt sicut lí-li-um,




allelú-ia : et sicut ódor bálsami é-runt ante te, alle-




lú-ia. E u o u a e.

2. Ant.
7. a
I

Ñ caeléstibus régnis * San-



ctórum habi-tá-ti-o est, allelú-ia : et in aetérnum ré-




qui-es e-ó-rum, allelú-ia. E u o u a e.

3. Ant.
2. D
I


N ve-




laménto* clamábant Sáncti tú-i Dómine : alle- lú-ia,




alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e. **S** Pí-ritus * et




ánimae justórum, hýmnum díci-te Dé-o nóstro, alle-



lú-ia, allelú-ia. E u o u a e. **F** Ulgébunt jústi *



sic- ut sol in conspéctu Dé- i, alle-lú-ia.




E u o u a e.

Capitulum.


Sap. 5.

STabunt jústi in magna constántia † | runt, * et qui abstulérunt labóres
advérsus eos qui se angustiavé- | eórum.


Pro Apostolis et Evangelistis.




TRí-stes érant Apósto-li De Christi acérbo




fúnere, Quem móрте cru-de-líssíma Sérví necá-rant




ím- pi- i. 2. Sermóne vé-rax Ange-lus Mu- li-é-ri-



bus praedí-xerat : Mox óre Chrí-stus gáudi-um Grégi-




féret fidé- li- um. 3. Ad ánxí-os Apósto-los Cúr-




runt sta-tim dum núnti-ae, Illae mi-cán-tis óbvi-a




Christi ténent vestí- gi- a. 4. Ga-li-laéae ad álta món-




ti- um Se cónferunt Apósto-li, Je-súque, vó- ti-



cómpotes, Almo be-án-tur lú- mi-ne. 5. Ut sis perén-



ne ménti-bus Paschá-le Jésu gáudi-um, A mórtē



dí- ra críminum Vítae rená- tos lí- be-ra. 6. Dé- o



Pátri sit gló-ri- a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surre-
xit, ac Pa-rácli-to, In sempi-tér-na saé- cu-la. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri (nisi aliter notetur), usque ad Ascensionem. Ab Ascensione autem ad Pentecosten, pro doxologia dicitur: Jésu tibi sit glória, Qui victor in caelum rédis, Cum Pâtre et álmo Spiritu, In sempiterna saecula. Amen.


In tono supra posito vel in alio infra descripto 2º loco pro Uno Martyre, 209, cantantur omnes Hymni ejusdem metri in Officio SS. Martyrum, Confessorum, Virginum et non Virginum, ad Vesperas, usque ad Pentecosten, nisi aliter notetur.

Pro uno Martyre.

Hymn. ^{3.}




DE- us tu-órum mí-li-tum Sors et coróna, praé-
mi-um : Láudes canén-tes Márty-ri-s, Absólve né-xu
crí- mi-nis. 2. Hic nempe múndi gáudi- a, Et blán-
da fráudum pábu-la Imbúta fél- le députans, Per-
vénit ad caelé- sti- a. 3. Poénas cucúrrit fórti-ter,



Et sústu-lit vi-rí-li-ter : Fundénsque pro te sán-gui-
nem, Aetérna dó-na pós-si-det. 4. Ob hoc precá-tu
súppli-ci Te póscimus pi-íssime : In hoc tri-úm-
pho Márty-ris, Dimítte nó-xam sér-vu-lis. 5. Dé-o
Pátri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surré-
-xit, ac Pa-rácli-to, In sempi-tér-na saé-cu-la. Amen.

Item pro Uno Martyre, alter Tonus.



4.
DE-us tu-ó-rum mí-li-tum Sors et co-róna, praé-
mi-um : Láudes canén-tes Márty-ris, Absólve néxu
críminis. 2. Hic nempe múndi gáudi-a, Et blánda




fraúdu[m] pábu-la Imbúta fél- le dé-putans, Pervénit
 ad caelésti-a. 3. Poé-nas cucúr-rit fórti-ter, Et sústu-
 lit vi-rí-li-ter : Fundénsque pro te sánguinem, Aetér-
 na dóna pössidet. 4. Ob hoc precá- tu súpli-ci Te pó-
 scimus, pi-íssime : In hoc tri-úmpho Márti-ris, Dímit-
 te nóxam sérvu-lis. 5. Dé- o Pátri sit gló-ri-a, Et
 Fí-li- o, qui a mórtu-is Surréxit, ac Pa-rácli-to, In
 sempi-térna saécu-la. Amen.

Pro Pluribus Martyribus.

Hymn.

3.


R EX glo-ri-ó-se Márti-rum, Co-róna confi-tén-



ti-um, Qui respu-én-tes térre-a Perdú-cis ad cae-
lé- sti- a : 2. Aures benígnam pró-tinus In-ténde
nóstris vó-cibus : Trophaé-a sá-cra pángimus, Ignó-
sce quod de-lí- quimus. 3. Tu v́ncis inter Mártý-res,
Par-cisque Confessó-ribus : Tu v́nce nóstra cŕmina,
Largí-tor indulgén- ti-ae. 4. Dé- o Pátri sit gló-ri- a,
Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surréxit, ac Pa-rácli-to,
In sempi-tér-na saé- cu-la. Amen.

Alter Tonus.

4.



R EX glo-ri-ó- se Mártýrum, Coróna confi-tén-

ti-um, Qui respu-én-tes térre-a Perdú-cis ad caelé-
sti-a : 2. Aures bení-gnam pró-tinus Inténde nóstris
vó-cibus : Trophaé-a sá-cra pángimus, Ignósce quod
de-líquimus. 3. Tu víncis in-ter Mártýres, Parcísque
Confessó-ribus : Tu vínce nó-stra cri-mina, Largí-tor in-
dulgénti-ae. 4. Dé- o Pátri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o,
quí a mórtu-is Surréxit, ac Pa-rácli-to, In sempí-
térna saécu-la. Amen.

℣. Sáncti et jústi in Dómino gaudéte, allelúia.


℞. Vos elégit Déus in haereditátem sibi, allelúia.

Ad Magníf.


Ant. 1. g

L

UX perpétu-a * lu-cébit Sánctis tú- is, Dó-



mine : et aeternitas temporum, alle-



lú-ia. E u o u a e.

Oratio propria vel de Communi extra Tempus Paschale.

IN II. VESPERIS.

*Antiphonae. Sancti tui, etc. ut in I. Vesperis, 205.**Pro Apostolis et Evangelistis; Ps. 1. Dixit Dominus. 39. — 2. Laudate pueri. 41. — 3. Credidi. 67. — 4. In convertendo. 67. — 5. Domine probasti me. 69.**Pro uno vel pluribus Martyribus, Ps. de Dominica, 39; sed loco ultimi, Ps. 115. Credidi. 67.**Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.*

Ÿ. Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.


R̄. Mors Sanctorum ejus, alleluia.

Ad Magnif.


Ant. 8. G

S

Anci et jústi * in Dómino gaudé-te, alle-



lú-ia : vos elegit Dé-us in haereditatem sibi, allelú-ia.



E u o u a e.

¶ Si facienda sit commemoratio alterius Officii quod habet eandem Antiphonam, dicitur :

Ant. 1.

F

I-li-ae Je-rú-salem, * ve-ní-te, et vi-dé-te Már-



tyres cum corónis quibus coronávit éos Dóminus
 in díe solemnítatis et laétiti-ae, alle-lú-ia,
 alle-lú-ia.

Ÿ. Pretiósá. *ut supra. Si jam dictus sit, dicitur.*

Ÿ. Lux perpétua lucébit sáctis tuis Dómine, allelúia.

Ÿ. Et aetérnitas téporum, allelúia.

COMMUNE PLURIMORUM MARTYRUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 116. Laudáte Dóminum. 67.

I. Ant. 8. G





O-mnes Sánti * quánta pássi sunt tormén-
 ta, ut secúri pervenírent ad pálmam martýri- i!

2. Ant. 8. G




E u o u a e. C UM pálma * ad régna pervené-
 runt Sánti : coró- nas decó-ris meru-érunt de má-


3. Ant. *i. f.*

 nu Dé- i. E u o u a e. **C** Orpo-ra Sanctórum * in



 pá-ce sepúlta sunt : et vívent nómina e-ó-rum in aetér-

4. Ant. *T. pereg.*

 num. E u o u a e. **M** Artyres Dómini, * Dómi-


 num benedí-ci-te in aetérnum. E u o u a e.

5. Ant. *8. c.*

M Artyrum chó-rus, * laudáte Dóminum in excél-



 sis. E u o u a e.


Capitulum.


Sap. 3.

Austórum ánimae in manu Dei sunt, | mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium
 et non tanget illos torméntum | mori : * illi autem sunt in pace.

Hymn.

2.

S Anctórum mé-ri-tis ín-clyta gáudi-a Pangá-


 mus, só-ci-i, gé-staque fórti-a : Glí-scens fert ánimus



 prómere cánti-bus Victórum gé-nus ópti-mum. 2. Hí sunt

quos fátu-e mún-dus abhórru-it : Hunc frúctu vácu-um,
 fló-ribus á-ridum, Contempsére tú-i nóminis ásseclae,
 Jé-su Rex bó-ne caéli- tum. 3. Hi pro te fú-ri-as atque
 mínas trúces Calcá-runt hó-minum, saevá-que vér-be-ra :
 His cés-sit lá-cerans fórti-ter úngu-la, Nec cárpsit pene-
 trá-li- a. 4. Caedúntur gládi-is mó-re bidénti- um : Non
 múrmur ré-sonat, non que-rimóni- a : Sed cór-de impá-
 vido mens bene cónsci- a Consérvat pa-ti-é-nti- am.
 5. Quae vox, quae pó-te-rit língua reté-xe-re, Quae tu
 Mar-tý-ribus mún-er-a praé-pa-ras? Rú-bri nam flú-ido




sánguine fúlgi-dis Cíngunt témpora láure- is. 6. Te
 súmma o Dé-i-tas, unáque póscimus, Ut cúlpas ábi-
 gas, nóxi-a súbtrahas : Des pácem fámu-lis, ut tibi
 gló-ri-am Annórum in sé-ri-em cá-nant. Amen.


Alter Tonus.




^{3.}
S Anctórum mé-ri-tis ínclýta gáudi-a Pangámus,
 sóci-i, gestáque fórti-a : Glíscens fert ánimus prómere
 cántibus Victórum génus óptimum. 2. Hí sunt quos
 fátu-e mún-dus abhórru-it : Hunc frúctu vácu-um, fló-
 ribus á-ridum, Contempsére tú-i nóminis ásseclae,




Jésu Rex bóne caéli-tum. 3. Hi pro te fú-ri-as atque




mínas truces Calcárun't hóminum, saeváque vérbe-ra :




His cés-sit lácerans fórtiter úngu-la, Nec cárpsit pene-




trá-li-a. 4. Caedúntur gládi-is móre bidé-nti-um : Non




múrmur résonat, non que-rimóni-a : Sed córde impá-




vido mens bene cónci-a Consérvat pa-ti-é-nti-am.




5. Quae vox, quae póte-rit língua, retéxere, Quae tu Mar-




tý-ribus mún-er-a praéparas? Rúbri nam flú-ido sán-




guine fúl-gi-dis Cíngunt témp-ora láure-is. 6. Te súm-



ma o Dé-i-tas, unáque póscimus, Ut cúl-pas á-bi-gas,



nóxi-a súbtrahas : Des pácem fámu-lis, ut tibi gló-



ri-am *Annórum* in sé-ri- em cánant. Amen.

Ÿ. Laetámini in Dómino, et exsultáte jústi.

Ry. Et gloriámini ómnes récti córde.


Ad Magníf.

Ant. 8. G




I


-stórum est enim * régnum caelórum, qui



contempserunt ví-tam mún-di, et pervenerunt ad praé-



mi-a régni, et laverunt stó-las sú- as in sán-



guine Agni. E u o u a e.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus. Oratio.

Beatórum Mártyrum paritérque eórum commédet orátio veneránda.
 Pontíficum *N.* et *N.* nos, quaésu- Per Dóminum.
 mus Dómine, festa tueántur : * et

Si non fuerint Pontifices. Oratio.

Deus, qui nos concédis sanctórum beatitúdine * de eórum societáte gau-
 Mártyrum tuórum *N.* et *N.* ná- dère. Per Dóminum nostrum.
 talítia cólere : † da nobis in aetérna

Alia Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum pitius ; ut quorum gaudémus méritis, *
 Mártyrum tuórum *N.* et *N.* sol- accendámur exémp'lis. Per Dóminum
 emnitáte laetíficas : † concéde pro- nostrum.

IN II. VESPERIS.

Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 115. Crédidi. 67.

1. Ant. 2. D

I

-sti sunt Sánti * qui pro testaménto

Dé-i sú-a córpo-ra tradi-dé-runt, et in ságuine

Agni lavérunt stó-las sú-as. E u o u a e.

2. Ant.

2. D

S

Añti per fídem * vi-cérunt régna : operá-ti

sunt justí-ti-am, ad-é-pti sunt promissi-ó-nes.

3. Ant.
3. G

E u o u a e.

S

Añctórum * velut áquilae juvén-


tus renová-bi-tur ; florébunt sic-ut lí-li-um in civi-tá-te

Dómini.

E u o u a e.

4. Ant.
7. a**A**


Bstérget Dé-us *




ómnem lácri-mam ab ócu-lis Sanctórum : et jam



non é-rit ámpli-us neque lúctus, neque clámor, sed




nec úllus dó-lor : quóni-am pri-ó-ra transi- é-runt.




E u o u a e.

I

N caeléstibus régnis * Sanctó-



rum habi-tá-ti-o est, et in aetér-num réqui-es




e-ó-rum. E u o u a e.

Capitulum. Justórum ánimae. *Hymnus.* Sanctórum méritis. *ut in I. Vesperis.* 215 *vel* 217.

Ÿ. Exsultábunt sáncti in glória.

R̄. Laetabúntur in cubílibus súis.



Ad Magníf.


Ant. 6. F

G


Audent in caé-lis * ánimae Sanctó-rum, qui



Chrísti vestí-gi-a sunt se-cú-ti : et qui-a pro é-jus




amó-re sánguinem sú- um fu-dé-runt, íde-o cum



Chrísto exsúltant sine fí-ne. E u o u a e.


¶ *Si faciendá sit commemoratio alterius Officii quod habet eamdem Antiphonam, dicitur :*

Ant. 5.




V

Estri capí-li cá-pi-tis * ómnes nume-rá-ti



sunt : no-lí-te timére : múltis passé-ribus me-li-óres



éstis vos.

Ÿ. Exsultábunt, *ut supra.* Qui Ÿ. *si jam dictus sit, dicitur :*

Ÿ. Exsúltent jústi in conspéctu Déi.


R. Et delecténtur in laetitia.

COMMUNE CONFESSORIS PONTIFICIS.

IN I. VESPERIS.


Psalmi de Dominica, 39; loco ultimi, Ps. 116. Laudáte Dóminum. 67.

i. Ant. 7. c




E

Cce sacérdos mágnus, * qui in di-ébus sú-




is plácu-it Dé-o, et invéntus est jústus. T. P. Alle-



2. Ant.
7. c

lú-ia. E u o u a e. **N** ON est invéntus * sími-lis




illi, qui conservá-ret légem Excélsi. *T. P.* Allelú-ia.




3. Ant.
8. G*

E u o u a e. **I** De-o * jurejurándo fécit illum




Dóminus créscere in plébem sú-am. *T. P.* Allelú-ia.




4. Ant.
7. c


E u o u a e. **S** Acerdó-tes Dé-i, * benedí-ci-te



Dóminum : sérví Dómini, hýmnum díci-te Dé-o, † alle-




lú-ia. *Post Septuag.* † in aetérnum. E u o u a e.



5. Ant.
3. g

S Erve bóne * et fi-dé-lis, íntra in gáudi-um



Dómini tú-i. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

Capitulum.

Eccli. 44. c.

Ecce sacerdos magnus, † qui in | tus est justus : * et in tēpore ira-
diēbus suis plācuīt Deo, et invēn- | cūndiāe factus est reconciliātio.

Hymnus.

8.

I-ste Confēssor Dómini, co-lēntes Quem pi-e

lāudant pópu-li per órber, Hac dí-e laētus méru-it
Si non est dies obitus : méru-it


be- á-tas Scánde- re sé-des. 2. Qui pí-us, prudēns, hú-
suprēmos Láu-dis honó-res.

mi-lis, pudí-cus, Sóbri-am dúxit sine lábe ví-tam, Do-
nec humános animávit áurae Spí- ri-tus ártus. 3. Cú- jus


ob praéstans méri-tum frequēter, Aégra quae passim
jacu-ére mémbra, Ví-ribus mórbi dómi-tis, salú-ti




Re-sti-tu-úntur. 4. Nó-ster hinc illi chórus obsequén-




tem Cóncinit láudem celebrésque pálmás, Ut pí-is




é-jus précibus juvémur Omne per aévum. 5. Sit sálus



illi, decus atque vírtus, Qui super caé-li só-li-o corú-



scans, To-tí-us mún-di sé-ri-em gubérnat, Trí-nus et




únus. Amen.

Alius Tonus.

8.


I

-ste Conféssor Dómini, coléntes Quem pí-e




láudant pópu-li per órber, Hac dí-e laétus méru-it


Si non est dies obitus : méru-it




be- á-tas Scán-de- re sé-des. 2. Qui pí-us, prudens, hú-
suprémós Láu-dis ho-nó-res.




mi-lis, pudí-cus, Só-bri-am dú-xit sine lábe ví-tam, Donec


